

www.e-rara.ch

Historia Hebreorum

Sabellicus, Marcus Antonius

[Basileae], 1515

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1793>

Liber quartus historiae Hebraeorum, de regibus regnorum Iudae et Israel, deque
captivitate Babylonica

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

tus, haud multo post nouis sollicitari cœpit defectionibus. Adatus primi mot⁹ auctor fuit. Erat is regia stirpe natus, & ex Idumæa profugus, quum Ioabus eam terram Dauidis auspicijs deuastauit. Is in Aegyptum ad Pharaonē delatus promptitudine animi, cæterisq; virtutibus illi insinuatus/nobilissimā foeminā duxerat vxorem, cuius soror Pharaoni nupserat. Is Dauidis & Ioabi morte nunciata, nouādarum rerum cupidus/commeatū a rege petijt, sed diū non impetrauit. Nouissime dimissus quū in Palestinam venisset, omīaq; regijs præsidijs sibi ad res nouas obsepta cerneret, præsentī cōsilio destitutus/in Syriam transijt. Hic cum Rhaa quodam Adraçari, qui in Sophene regnabat, fugitiuo iunctus/latronumq; manu septus, Syriæ fines hostiliter ingressus breui eius terræ regnum armis obtinuit. Vnde per occasionem Iudeæ fines irrumpēs Salomonī adhuc in humanis agētī haud modicā regni partem infestam reddidit. Sed maior omnino motus a domestica defectione ortus, Hieroboas Nabathi filius, ppheta oraculo fretus/plures tribus sollicitare est ausus/ad regnū Salomonī abrogandum. Is a patre puer relictus/ob egregiam indolem/indulgēter apud Salomonem primo habitus/mox murorum structuræ est præfectus. In quo munere obeundo quū haud modicam industriæ experiētiam edidisset (qualis enim quisq; sit/magnarum rerum administratione demonstrat) Salomon virtutē in homine complexus, præfecturam amplissimam in tribum vnam ei decreuerat, cui ad capeffandum honorem egresso. Achias ppheta ex Sylone venienti occurrit, eumq; post mutuam salutationem ex publico iſerectum abductum huiusmodi schemate in spem regni maximam erexit. Scidit ille sibi pallium in duodecim partes, inde data Hieroboas optiōe, vt ex eo numero decē quas vellet eligeret, futurum denunciat, quia Salomon grauiter deliquisset, vt breui eius regnum non aliter q̃ pallium illud plurifariam scinderetur, quarū duæ dūtaxat eius filio relinquerētur ob eximiam Dauidis pietatem. Cæterarum imperium ei numinis prouidentia cessurum. His ferox iuuenis fretus, quum primum ad exercitū venit, res nouas haud obscure moliri cœpit, conatus eo multitudinem impellere, vt imperio Salomonī abrogato in se rei summam transferrent. Sed fatale tempus nondum aderat. Noua hæc cōsilia ad regem delata, ingentem ei curam iniecerunt auctoris tentatę defectionis opprimendi. Hieroboas haud ignarus se in Iudæa tutum esse nō posse amplius, in Aegyptum ad Sefachum regem transfugit, nec longo deinde tempore interiecto Salomon vita decessit, quū iā nonagenari⁹ esset q̃dragesimo sui regni anno.

Salomon obiit. Imp.
xii. t. m. i. XL.
viii.

LIBER QVARTVS HISTORIAE HEBRAEO
RVM, DE REGIBVS REGNORVM IVDÆ ET
ISRAEL, DEQVE CAPTIVITATE BA.
BYLONICA

Conuocatis Israelitis ad noui regis nominationem/postularūt aliquid prioris seruitutis remitti, ad quod quū Roboas superbe ex cōsilio iuuenum respondisset/regnum Hebræum in duo est scissum.

Caput

I



OST SALOMONIS REGIS INTERITVM, CONVEN-
tus est vniuersa gēti ad Sycimin vrbē indict^o, vbi populus libero suf-
fragio diceret, quē vellet in duodecim tribubus regnū obtinere. Nec
dubium erat quin Roboam qui eo venerat ob auitā recentēq; patris
memoriā, multo libentius q̄ nouū aliquē hominē dicturū essent re-
gē. Cæterum nō idoneo tempore se in suorum postulata durū & dif-

*Roboam in rege
eligim.*

ficilem præbuit. Petitū publico erat nomine, vt aliquid de seruitio quod sub eius pa-
tre populus p̄grauē tulerat/Roboas remitteret, daretq; operam vt facili moderatq;
administratione esset omnibus q̄ charissimus, oportere eos qui legitime regnarent/
amari a suis/nō metui. Nullum regnorū præsidium firmius esse populorū charitate & be-
niuolentia. Nemo erat qui nō hac vt postulata fuerāt Roboam concessurū arbitrare-
tur, qui etsi ne rata quidē habiturus esset, quæ ab initio p̄mitteret, ad conciliandam ta-
men benignitatis & clamētīæ phamā, nihil cuiq; hominū, nedū vniuersæ genti eo tē-
pore negatū vellet. Verū longe aliter euenit, nam quū triduū petiisset ad deliberandū/
quid se populo præstare oporteret, cōfestim vox illa parū popularis auertit hominum
studia a præsentī rerum statu. Ipse senioribus consilio adhibitis domesticæ consultare
cœpit, an quod tam impudenter multitudo peteret, opere precium esset id concedi.

Senioꝝ consiliū.

Nemo fuit ex maioribus natu/ qui non censuerit, ad studium & fauorem populi, in
noua administratione conciliandū, vltro omnia multitudinī deferenda, ferocius iuni-
ores & regis æquales/ qui secundum illos consilio fuerant admoti, identidem clāmā-
re, vociferariq; lasciuire ocio & regum indulgentia populum, iret & se Salomonis fi-
lium ostenderet/ Dauidis nepotem, quorum hic regnum/ ille religionem vniuersæ gē-
ti stabilisset, qui Israelitarum opes nomenq; regium longe lateq; virtute bellica & sa-
pientia insigni illustrassent. Denunciandum stultæ & temerariæ multitudinī nō rem-
cum puero ei futurā, cui tam insolenter velut leges perscribere ausa esset, sed cum for-
tissimo rege, & quia in regia fortuna natus/ non ignoraret quibus artibus esset multi-
tudo compescenda, & quod ad inuictum animū constantiamq; suam attineret, velle
eos nō ignorare pl^o vni suo digito roboris inesse/ q̄ paternis lūbis lateribusq; fuisset,
non esse proinde cur a se indulgentiorem/ q̄ sub illo experti essent, expectarent admi-
nistrationem, quin satis superq; habituros/ si in futuro rege nō aliquid acerbius offen-
derint. Quapropter Salomonis regimen/ a cuius memoria tātōpere abhorrerēt, quod
vt immite & graue ambitiose insectarentur/ ad vnum sint desyderaturi. Ferox iuuenis
quum quod optimū erat, maximeq; temporī accōmodatū repudiasset, populum tri-
duo post/ in hanc vnam expectationem erectum, tam tristi denunciatione ita affecit/
vt temperare animi nequiuerint/ quin a magna parte concionis sit reclamatum/ nihil
sibi futurum amplius cum Dauidis progenie, haberet ipse aras quas pater posuisset,
non defuturum qui inter Israelitas legitime vellet imperare. Tentauit Roboas saui-
entem multitudinē per Adoram quendam, cuius opera in tributis exigendis præci-
pue utebatur/ ad officiū & concordia reuocare. Quod nō modo nō obtinuit, sed Ado-
ras lenibus verbis populi irā castigare adortus/ cōfestim sit lapidibus obrutus. Cuius
casu territus Roboas in currum trepide sublatus, irrequieto cursu Hierosolymā petijt
vbi Beniamini tm̄ & Iuditæ eum regem dixerunt, ceteræ tribus magno omniū cōsensu

Iuniorū consiliū.

*Disidit regnū
in duas partes
Roboas rex fit in
Iuda et Beniamin.*

*Hieroboam reliquit
tribum regis eligi*

Hieroboam qui sub Salomonis exitu fauore principum fuerat ex Aegypto reuocatus regnum detulere, atque ita factum ut duo iam inde in Iudaea reges fuerint, atque ex una quae fuerat/sint velut duae Israelitarum gentes factae. Quae gentis diuisio incidit in quatermillesimum ac ducentessimum quintum mundanae originis annum. 456

Roboas monitu prophetarum bello abstinuit. Hieroboas tribus suas ad idolatriam traxit, manus eius qua prophetam percusserat contabuit, Iadan deceptus a Berleio sene a leone laniatus. Caput II

*Roboas dehortatur populum
a bello.*

Roboas delectu ex duabus suis tribubus accuratissime habito, ad centum octoginta milia hominum instruxit ad bellum, ut regnum ex Hieroboam repetiturus. Fuisseque id bellum haud dubie cruentum (nihil enim minoribus erat odij quam viribus gerendum) ceterum oraculo Roboas per Rameum prophetam monitus abstinendum bello esse, eam populi defectionem ad diuinam providentiam referri oportere, neque ei neque hominum cuique licere diuinam voluntati repugnare. His ille destinato bello abstinuit. Hieroboas qui sycimensi conuentu rex fuerat creatus, quum forte schoenephegia statum gentis sacrum instarent, veritus ne populus religionis causa Hierosolymam frequens adiret, ibique plurimum dierum commercio a se alienaret, duo vitulina specie simulachra ex auro conflauit. Horum unum Bethel loco celebri circa Danem, alterum publice dedicauit, multitudinemque ad concionem vocata ita de pietate & religione disseruit. Scio vos non ignorare viri Israelitae, deum cuius providentia omnia reguntur/vbique recte propitiari, nullumque in terris esse locum/in quo non ille adsit pie operantibus, solennes preces & vota exaudiat, quod quum ita sit, non est curvestrum quisque schoenophegiarum causa quorum sacrum instat/Hierosolymam proficisci velit, homines templum illud statuerunt non coelites, hominis voce dedicari contigit/en & homo ipse/& (quod dicere mihi liceat) non minus fortasse pius quam ille fuit/nec minus innocens, ne quid hoc nomine ab hominibus nostri regni desideret per vno/qui Hierosolymis est, duo velut templa vobis constitui/aurea vituli effigie utrobique dedicata, ad quas velut aras quasdam deo optimo sacra populus persoluat. Adiciam sacrorum ministros/leuitas & sacerdotes, ne quid ad cultum religionis vobis desit. Hic illi vitulum deo macTABUNT & arietem unum, quod Aaron pontificum primus fecisse dicitur, atque ita vobis post hac tam incolumis quam antea manebit sacrorum ritus. Ceteris totius gentis commodis, eius quem inter vos legitime regnare voluistis/industria & diligentia deferuiet. His verbis Hieroboas simul & auctoritate qua pollebat/traxit stultam multitudinem in sententiam. Hinc miserae genti sensim a vera religione auersae omnium malorum/quae postea secuta sunt, caput & origo extitit. Instantibus igitur schoenophegijs Hieroboas Bethel urbem concessit, ubi ara ante vitulum dedicata, ipse pontifex ad id creatus cum sacerdotibus sacra inchoaturus astitit, erantque iam hostiae altari admotae, quum Iadan, propheta quasi numinis caduceator affuit. Is regem coram affatus, primo sacra inhibet, perphano ritu inchoari, quibus nisi abstat, fore obnunciat/ut ex Dauidico genere aliquis sacerdotes ad aras ipsas quandoque crudeliter obtruncet, impiorumque ossa super ipsum impium comburat. Quam oraculi speciem ne vanam arbitrarentur, adicit fore, ut mox ara illa sponte sua in duas scindere partes/ut quicquid esset illi congestum foede humi diffunderetur, nec oraculo fides defuit, quin repetere miraculum est oculis oblatum, ara in partes

*Hieroboas simulachra
conflavit*

DE REGIBVS REGNORVM IVDÆ ET ISRAEL LVIII

duas abrupta, omnēq; sacrorū apparatū velut deo ingratum discussit. Secuta & alia admiratio. Regis dextera quā in pphetam violenter intenderat subito languore obtorpuīt, tabescereq; cœperat, quum Iadan precibus regis fatigatus pristinā illiualitudinē ab numine impetrauit, mox comiter inuitatus, ab regis & aliorū cōuiuio velut pphano abhorrens pertinacissime abstīnit. Et iam Hierosolymā versus vnde venerat iter intenderat, quū homo quidā grandis natu, qui & ipse ob creditā diuinationē in summa erat apud regē veneratiōe (Tenebat se is in priuato) ceterū nunciantibus filiis quæ sub Iadanis aduentu facta essent miracula, & q̄festinato Iadan vrbe excessisset, confestim mādāt sibi asinū clitella insterni, in quē sublatus pleno gradu in abeuntē ire pergit, eūq; nec procul vrbe assecutus/sub ilice arbore quiescētē inuenit. Hic quū vterq; alterq; salutasset, mirari se dixit Betheleius senex, q; homo ppheta ad pphetā nō diuertisset, ceterū oraculi iussu pperasse se eū ab instituto itinere reuocare/vt hospitali mensæ admoueret. Credidit Iadan, atq; vna in vrbe reuersus/Betheleij hospitis domiciliū subiit. Hic hospitali mēsa admotus/senis fraudē cōtinuo sensisse dicit, subitoq; numinis afflatu fore p̄dicens vt paulopost, quoniā quæ agere iussus esset/parū rite p̄gisset inter eundū a leone laniare. Haud dubie apparet ad eleuandā Iadanis fidē Betheleius senē in vrbe eū retraxisse, vt si a se decipi contigisset, assertæ diuinatiōis apud regē conargueret. Ceterū ita numini placuisse credere par est, vt Hieroboas rex & alij presenti metu leuati, suę impietatis aliquādo meritas luerent pœnas, discerptū a leone Iadanē Betheleij hospitis filij iussu patris sepeliuerūt, ipse senex ad eū metū discutiendū, qui regem & alios ob ea quæ acciderant inceserat (Ficta em̄ diuinatiōe magna ex parte prauam religiōnē induxerat) regē adiit. Ad quē multa de Iadanis fide cauillatus, & a se eū deceptū/& inde a belua laceratū denunciat, nec p̄digij loco duci oportere/q; aut ara in duas partes scissa erat/aut ipsius dextera debilitata/lāssitudinē eā fuisse ex nimia victimarū attractatiōe, Aram rudī adhuc materia nimium rerū onus ferre nequiuisse. His ille regis animū etsi religiōe & metu iādudū occupatū, pronū tamē ad sup̄stitionē facile perpulit, vt nihil de nouo ritu amplius mutaret.

Roboas multas condidit vrbes, multos tam ex matrimonio q̄ pellicatu liberos extulerit, Aegyptij tēplū & regiā diripiūt, Abiæ exitus. Ca. III

Roboas interim omni (vt dixi) recuperādi regni actione deposita, vt suarū partium opes firmiores redderet, plures cōdidit intra suos fines vrbes, Bethelē, Icam/Tecos/Bechsurā/Sochum/Odollā/Nipā/Meresam/Zipham/Adoram, Iachim & Zethetā/Hellū/Nebronēq; instaurauit. Multiq; mortales interim atique pietatis desyderio/ab Hieroboa Hierosolymā perfugerūt. Quo factū vt triēnio q̄ Roboas moderat⁹ regnauit/supra modū res ei⁹ regni creuerint. Sed p̄sens rerū successus & effrenata libido, ipm q̄q; vt patrē a vera pietate & iusticia diuersum abriperūt. Deuinxit is sibi duodeuiginti fœminas matrimonio, & in his Machā Absalone genitā, ex qua illi Abiās natus est, nec tā vario cōnubio cōtentus/pellicib⁹ est triginta vsus, quo factū vt virilis stirpis filios octo & viginti extulerit/filias. lx. sed sic fere cōpatū est ubiq; vt quales sunt principū mores, tales sunt & eorū q̄ ab illis regunt. Roboæ vita malis libidinibus p̄fligata/mox cū eo cætera multitudo in omne nefas & scelus abiit, neq; pietas/neq; rectū cuiq; curæ esse ampli⁹/libidine & luxuria lasciuire, sed q̄ impu

dentius in omne flagitiū ruebat ciuitas, eo celerius secuta est ultio. Sefachus Aegyptiorum rex cum sexaginta milibus equitū/peditū quadringētis, curribus ad bellū instructis mille & amplius/Roboe regnū ingressus/primo occurſu vrbes Hierosolymæ circumiectas vi cœpit. Regiæ inde vrbi copias admouit. Tūc rex & alij fauore numinis destituti, quū aliquādiu obsidionē tulissent, demū fracti animo/omniq; spe futuri accessus abiecta/certis cōditiōibus hostē intra muros accipiūt. Tum Sefachus fœdera asp̄natus/omnibus sacris thesauris templū spoliāt, regiæq; domui clypeos & hastas aureas adimit. Miror Iosephum hunc dixisse, quem Herodotus Sefostrem appellat, quū ille si recte tēpora ab ijs quos sequimur digerunt, aliquot ætates Roboæ regnū p̄cessisset, verum quisquis Sefachus fuit/ac quocūq; tempore, nam id pro certo haud ponere auisim. Roboas vt faciē cladis illi⁹ domesticæ refarciret, p̄ aureis hastis & clypeis pari numero ære facta reposuit. Vixit inde plures annos homo omnibus ingratus. Perijt ānos natus octo & quinquēginta, quū septēdecim regnasset, multoq; maiore parte temporis iniurijs & infamiæ obnoxius.

Roboas alteris
miserū huiusmodi annos
XVII

Hieroboas Abiæ bellum intulit, Abiæ ad hostes & suos oratio, Abiæ
victoria/eiusq; mors. Caput IIII

Abias Roboæ succedit

ABias Roboæ successit, hūc paterni regni opibus Aegyptiaco bello fractis, & ætate nondū studijs bellicis satis matura, sibi iniuriæ opportunū ratus Hieroboas haud multo postq; pater vita decessit, terribili bellorū apparatu est adortus, suæ impietatis furia hominē agebāt in omne scelus præcipitē, quippe qui præter Iadanis minacissimū responsum, per Achia quocq; pphetā, ad quem vxorē ignoto habitu de salute filij grauitæ ægrotātis Silonē sciscitatū miserat, responsum inde erat/fore quoniam a veri dei cultu deflexisset, vt grauissima ultio omnē eius pgeniem sequeretur. His terrificis pphetarum dictis/nō modo ille nō aliquid ex præsentī impietate remisit, sed tam graui etiā q̄ nefario bello iudaicū nomen implicuit. Si licet rerū scriptoribus in his quæ dicuntur suam aliquādo coniecturā interponere, videt̄ mihi Hieroboas non tam religionis aut gentis odio (vt Iosephus existimat) arma induisse, q̄ vt Abia paterna sede depulso diuisum nuper regnū iterum si victoria secuta esset/in vnū coalesceret, sed quācūq; ille inferendi belli habuit causam, ad Amorreoꝝ montem cū octoginta milibus hominū tumultuose conscendit. Nec Abias qui super ætatē sapere creditus est, in re tā trepida desedit, quin delectu accuratissime ex duabus tribubus habito cū. lx. milibus bellatoꝝ illi obuiā pgressus, haud pcul ab hoste castra fecit, & iā acies pugnādi studio in p̄cinctu stabāt, quū Abias ex edito qdā loco manu & voce silentiū dū pauca loqueret̄ ab hoste petijt. Quod vbi illi datū est, sic inter vtrāq; aciem stans locut⁹ dicit̄. Nemo est inq̄t vestrū viri Israelitæ qui nō aliqñ audiuerit regnum in omne hebraicū nomē Dauidi nræ familiæ auctori a deo p̄ pphetā cōcessum, nec ipsi solū, sed ijs quocq; qui ab illo pcreati essent in multas ætates incolume māsūrū, nec in animū inducere possum, vos alieno furore ab antiqua religione ita alienatos, vt non adhuc p̄suasum habeatis, nihil magis incassum mortales laborare/q̄ diuinæ obsistere voluntati, quæ q̄ melius vobis q̄ cæteris gētibus nota est, eo magis magisq; miror, ecquæ nā obliuio, ne amētia dicā vos viri israelitæ q̄ religioni & iusticiæ semper cōsultū voluistis, eo die cœpit quo Roboæ Salomonis filio/Dauidis nepoti regnū abrogastis,

DE REGIBVS REGNORVM IVDÆ ET ISRAEL LIX

nec video cur pauca verba quæ nō tam naturæ vicio/ q̄ ferocioris ætatis, vel quorūdā potius æqualiū stulta p̄suasione exciderant, maioris apud vos momētī esse debuissent q̄ aut patris eius aut aui in vniuersam gentē meritū. Sed fuerit esto improuidū viri intē pestiua actio omniū malorū causa. Nihil Dauidis sanctitas/ Nihil Salomonis sapientia sit apud vos merita. Dicite quæso quæ dira mētis caligo, quæ rerū oīm obliuio animos subiit, vt impiū regē secuti/ p̄ religiōe sup̄stitionē/ p̄ pietate impiū cultū/ p̄ vero & singulari deo (in cuius tutela maiores nostri semper fuere) dæmones sequeremini? O infelicē diē, o sycymīn execrabile, Tuq; crudelis Hieroboa, qui in tenebras inextricabiles decē nobilissimas tribus cōiecasti, q̄s tāta indole in libertatē assertas Moses ad veræ religiōis cultū traduxit. Sed qd ego Israelitæ viri magis vestrā q̄ oīm fortunā queror? Aut quē potius q̄ te accusem impie Hieroboa? qui nō contētus Israelis p̄geniem a vero cultu alienasse/ vitulos p̄ deo colēdos posuisse/ vanos lucos/ vanasq; aras dæmonibus consecrasse. Augustissimū dei templū/ aram piētissimā oraculo erectā/ rite dedicatam, Arcam fœderis/ ministros leuitas nefario bello petijisti, eo (quis ignorat) consilio, vt quicqd verī cultus veræq; pietatis in terris sup̄sit, id prius ciuili cruore p̄phanatū penitus extinguas? Sed scelerū furia Hieroboam agunt. Israelitæ viri/ vos q̄so pietatē respicite, vos dirū nefas inhibete, nec quia plures numero adestis, in eo spern victoriæ reponite, quasi nūq; fando auditū sit quoties maiores nostri p̄sidio numinis adiuti/ pauci inermes ingentissimos p̄fligarūt exercitus. Hinc pietas/ inde iusticia nostram muniūt aciem, his ducibus cōflicaturi sumus/ harū ductu dimicaturi, vos in quæ numina ituri sitis dū licet aduertite, in omni re tarda pœnitētia est/ sed in bello tardissima. Videbat Abias huiusmodi verbis motū oīno aliquē apud hostes facturū, quū cōspecti sunt qui ab Hieroboa missi fuerāt, vt Abiā a suis exclusum interciperēt, quæ res ab Abianis præuisa cōfestim his materiā præbuit cū hoste cōcurrēdi. Primoq; sacerdotes tubis canentibus pugnā capeſſunt, mota inde cætera acies, nec diu ancipiti est euectū dimicatū. Hieroboæ copiarū metu solutæ fugæq; disiectæ ingentē Abiæ victoriā reliquere. Quinq; ginta Hieroboanorū milia eo die desyderata dicunt. Abias haud p̄senti victoriā contētus/ in hosticū transijt, ibi plures vrbes vi captas diripuit, & in his Bethuliam quā cum circūiecta regione præsidio retinuit. Hieroboæ rebus vno prælio/ sed eo calamitosissimo fractis, Abias Samariā iam inde suis habuit armis obnoxia, eius vita oīmīno breuis, triēnio quo regnare cœpit/ ex humanis decessit, octo & triginta filijs p̄miscuæ prolis sup̄stitibus relictis. Qua cōiectura adducor Abiam haud tam iuuenem fuisse q̄ Iosephus scribit, quū a patre regnū accepit

Varia regum in Israelitarū regno successio, Asas Iuditarū rex Aethiopū regem prælio superat, Baasæ irriti conatus.

Caput V

ASas quē Abias ex macha genuit/ in regnū patnū secessit. Cui^o altero regni anno Hieroboas perijt. Nadab ei^o filius diræ sup̄stitiōis ritū cōplexus, tā ipie q̄ p̄ res Samariæ administrauit. Nec foelicius q̄ ille Palæstinis bellū intulit. Premebat ille Gebethū urbē graui obsidiōe, quum Baasæ hospitis fraude altero sui regni anno perijt. Baasa qd rerū potitus/ oēm Hieroboæ p̄geniē (qd ille in humanis adhuc agēs ex oraculo futurū cognouerat) crudeli^o extinxit, melior alteri^o regni sors fuit, cui^o opes asē ductu & auspicijs domi pietate/ for^o reb^o p̄spe gest^o maiorē i modū augeri cō

tigit, æque ille religionis bellicæq; laudis studiosus, qui & si nihil ex ipso sacrorū ritu veteriq; cerimonia eximi prætermittue pateret, quæ tamē ad rem bellicā attinebant/ pari studio successuq; administravit. Iosephus auctor est habuisse illū in armis bellatorum quingenta quinq;ginta milia, quorū pars maxima scuto vterent, cætera multitudo parti hastati/parti sagittarij. His Asas viribus fretus/ad Morisam luditarū urbē cū Zara Aethiopiæ rege, qui cū.cc.millib⁹ peditū.x.equitū, vel (vt diuinæ littere habēt) cū decies centū millib⁹ bellatorū, &.ccc.curribus Palæstinę fines ingressus/ad ea vsq; loca victor penetrauerat, intrepide cōfligit, causam illati ab Aethiopib⁹ bellī nullam auctores (quos sequimur) tradūt, tantū memorāt Aethiopē ingenti prælio victum, in Geratidē regionē vsq; ab victore Asa victricibusq; copijs cū multa cæde actū ingens præda parta, argēti & auri vis maxīma in hostiū cāstris reperta, capti ad hæc camelī q; plurimi, exercitus cū opulēta præda domū reductus, ad cultū religionis Achariæ monitu aliquāto etiā intētius reuocatus Baasa, qui neq; Hieroboā neq; Hieroboe filio impietate & sauitia inferior fuit, nec Gimonis prædicationē melior factus/Ramathā urbem.xl.stadijs ab Hierosolymis cœpit, captāq; ad destinatū hostē bello laceffendum/ valido præsidio firmavit. Nec Asas hos Baasæ motus clausis spectabat oculis (Haud em̄ dubiū erat quorsum ea vis tenderet) misit cōfestim legatos cū magno auri & argēti pondere ad Benadabū Damascenū regē, qui antiq; fœdere cū eo renouato ad Baasæ fines bello incessendos hortarent, qd ille cū nihil grauare fecisset/trepidissimis nūcijs Baasas reuocatus (Afferebat em̄ Damascenis armis regni fines vastari, & iam vrbes in his nōnullas captas & icēsas esse) Ramathīna munitionē abstinuit. Eo igit digresso Asas loci opportunitatē haud aspernat⁹ /inchoatū ab hoste opus ad exitū p̄duxit. Gabaa & Maspha haud pcul inde cōstitutis. Quieuit iā inde Baasas, sed nihilo tutior in ocio fuit, Creon domesticis insidijs exceptū obtrūcat. Helan filius est illi surrogatus, Hunc eo biennio quo regnare cœperat Zamarias equitū p̄fectus quū apud dispensatorē suū cœnaret/paucis in eū eq̄tibus immixtis improviso oppressit, ac ne quid ad occupandū regnū sibi moræ fieret, post regis cædē oēs ex Baasæ domo ad vnum sustulit, quod futurū Gimon ppheta Baasæ multo antea fuerat vaticinatus, Helamis cæde ad exercitū plata ingēs militū aīos indignatio cœpit, Amariq; duce sibi cōstituto vleiscēdi sceleris studio cōfestim motis castris in Zamariā regiæ cadis auctorē tendūt. Erat tum ille Therfæ, qua sub primū copiarū accessum violēter capta, Zamarias ne viuus ī militū potestatē veniret, seipsum cū regiā domo cōcremauit, quū septē dūtaxat dies regiū nomē obtinuisset. Hic seditiōe inter milites orta, quū alijs Themanen. Alijs Amarin regnare vellent. Themane militari seditiōe interfecto/Amari est rex cōsalutatus, qui duodecim deinceps annos rerū est Samariæ potitus. Fuit is nihilo in populum mitior q; cæteri fuissent, sed pietati & religiōi multo infestior. Achabus ei filius successit qui paterna secutus vestigia sup odiū pietatis/oībus probis se regiūq; nomē contaminauit, diuerso ab his rerū cursu oīa interim Hierosolymis florere, quietior rerū status & ob Asæ māsuetissimā administrationē pietatisq; cultū multo foelicior.

Helias Achabū idolatram corripit, extinctū viduæ filium suscitāt, Ieçabilis iram fugit. Heliçeum sibi asciscit, Achabo poenas/quas ob Nabothū vxoris suū impiē necatū expensurus sit prædicat. Caput VI

A Sas altero & quadragesimo sui regni anno vita decessit, Iosaphat ex eo natus regnum a patre per manus accepit, quū haud multū antea Achabus Samariæ regnare cœpisset. Is Iezabelem Ionabalīs Tyrionꝝ regis filiam duxit vxorem, cuius suāsu eo insaniā processit, vt super vitulorū cultū, quem a maioribus acceperat, alienos etiā deos complexus/passus sit intra sui regni fines lucos illis & aras cum sacerdotibus constitui, & in his Baalis templū, quem Sidonij peculiariter colebant. Ad hunc igitur Helias ex Tesbite Galaaditidis terræ oppido venit, a quo est monitus, fore vt ob præsentiē impietate Syderis ardore longaq; cœli intēperie toto eius regno fruges cum omnibus animātibus absumerētur. Quibus ille minis quum nihil ab impio instituto absisteret, propheta Sareptam urbem haud procul a Sidone contendit, vt q̃ longissime ab Achabi scelere abesset. Hic cibo a vidua muliere refectus/eius filium haud multo post morbo extinctum ad vitam reuocauit. Mox in grauissima cœli intēperie Helias a rege requisitus, repertusq; in Carmelo monte, Achabo & multis mortalibus videntibus ad coarguendam alieni ritus stulticiā dei maximi aræ admotam, sine igni in holocausti speciem totam cœlesti flamma ad tempus delapsa concremauit. Populus rei miraculo perculsus/sacerdotes quos alienis dijs Achabus & vxor sacra-rant/trucidauit. Tum vero impiæ Iezabelis iræ in Heliam exarsere, cuius imperio ad supplicium requisitus/sese ille e medio proripuit, Bersabeamq; petijt (in Iuditarum finibus ea vrbs sita fuit) inde per deuia & ignotos saltus ad Sinam montem solus portendit, inibi quum aliquādiu profundam speluncam incoluisset, cœlesti voce iussus est in samariā redire. Ibiq; Hieum Mansi filium futurum regem inungeret, & Heliseum Abeli indigenam sibi prophetam surrogaret. Ferunt in eum arantem pallio ab Helia iniecto confestim ex ignaro & agresti diuino spiritu afflatū. Ipse vero posteaq; numinis imperium peregit, haud multum deinceps in humanis versatus. Heliseo vidente in cœlum est assumptus. Sed priusq; hæc in eo euenerint, cum Achabo rege iterum congressum significare videtur Iosephus, a quo monitus sit futurum vt ipse cum tota progenie non multo post graues esset pœnas expensurus, ob Nabothi cadē, quē Iezabel vxor sub falso crimine populo necandū obieciisset, vt eius prædijs potirēt. Tali oraculo Achabus cōsternatus saccum induit, humiq; miserabili modo afflictus/veniam precari, qui quū aliquādiu in hoc luctu & mœrore fuisset, iterū pphete voce est iussus bene sperare, nec ignorare meritā cædis ultionē ad posteros/nō ad se pūcturā,

Adadus Syriæ rex Samariā depopulat, quē Achabus habita ad suos oratione populari, vna & altera cæde cruenta p̃ligauit, sed & ipse turbatus est postea oraculo Michee pphete, quē custodiri iussit. Caput VII

A Chabus leuat⁹ pœnæ metu heliæ verbis haud multo interiecto tēpore difficili est bello ab Adado Syriæ & Damasci rege petitus, causam illati belli nō rep̃rio, tantū Iosephus scribit legatos ex Syriā ad Achabū venisse, vxorē & oēm regiam supellectilem sibi dari postulātes, polliciti fore vt si ea impetrata forent, confestim ex Samariæ finibus Adadus excederet. Premebatur iam dudū Achabus graui obsidione, vt se igitur & suos præsenti bello leuaret, respōdit se imperata facturū. Postridie vero quum iisdem legati affuissent, peterentq; fieri sibi potestati secreta omnia perscrutādi, vt ex fide representarētur omnia quæ dedita essent, commotus impudentioribus postulatis Achabus/eos ex vrbe eiecit, populum ad concionem vocauit, hic quæ

insolens hostis per legatos dari petisset/exposuit, & quæ ipse pro suorum incolumitate dare ab initio non abnuisset. Cæterum rediisse ad se eosdē legatos quod ad hoc missi essent, ut totam regiam ad libitū compilarent, quoniam si ita deus vellet, statutum habeat Syrus Samariæ regem, quem improvisi belli terroribus obnoxium sibi fecerit, non vxoribus modo regiaque gaucha multare/sed nudū etiam statuere. At ne non omnia me pro vestra salute velle arbitremini, vitam propriam nedum opes (modo sentiam vos ita vellem) paratus sum pro meorum incolumitate effundere. Ibo ego ac (si ita vobis cordi est) non regiam solū illi patefaciam, sed nudus in castra egressus/crudelissimo hosti iugulum aperiendum dabo, scio & fateor nihil magis regem decere/quam suo sanguine (si sanguine opus sit) populum seruare. Sed vos hic coram quid in hac re mihi sit agendum dicite quaeso, nam quod ad me attinet, nulla est fortuna tam miserabilis, nulla tam tristis & horrida, quam pro meorum salute non sim ultro libensque subiturus. Commotus tam populari oratione superbisque hostium postulatis populus, omnia prius sibi ferenda exclamat, quam conditiones pacis tam ignominiosas acciperet, pergeret modo rex urbem tueri, confidere se futurum, ut vel Deus vel mortales ipsi aliquem calamitoso bello exitum inuenirent. Conuersis igitur ab omni pacis studio ad arma, superuenit propheta victoriam per iuvenes principum portendi demonstrans. Achabus & si minacissima hostium denuntiatio admovebat, ne temere pergeret vim pati velle, quum tam numeroso cingeretur exercitu, ut si singuli terræ glebulam mœnibus admoveant, momento temporis videat murorum fastigia aduersis aggeribus æquari, propheta tamen vocibus suorumque consensu fretus/centum & triginta ex omni iuuentute lectos/ex prope quo iubet, quæ in hostium castris fierent diligenter explorare, qui speculatum missi fuerant, stationarios milites vino & crapula prostratos ex improviso opprimunt, cæterosque cum cæde & tumultu in castra prosequuntur, fecit improvisa res/ut foeda sit fuga confestim inter hostes orta, quod quum Achabus in omnem occasionem intentus animaduertisset, copias quas in hunc usum circa portas instructas habuit, continuo in Syrum sua sponte turbatum/cum clamore & crepitu immittit. Auxit ea res vanum hostium terrorem/fugamque semel inclinata haud amplius sisti potuit. Siri castris exuti per æqua & iniqua cum multa strage aguntur. Adadus equi pernecitate seruatus est. Iosephus auctor est duos & triginta cum eo principes ad id bellum venisse, quibus iussis bellum reparare, sub vernum tempus aliquanto maiore rerum apparatu, Adadus Samariæ fines ingressus, ad aphecantem in aperta planicie castra fecit. Achabus & ipse pene inuictum habens exercitum in equum descendit, metatusque haud procul ab eo castra, & si viribus erat inferior, memoria tamen proximi belli/in spe quam maxima esse alicuius futuri successus. Fuit utrinque aliquot dies silentium, Septima demum luce Syrus omnes copias in aciem educit, nec Achabus pugnam detraxit, nam tum quoque prophete hortatione fretus/nihil de victoria dubitauit. Magnis utrinque animis est concursus, pugnaque diu anceps fuit, demum Syri multa vi pulsi/atque in fugam acti, ad centum milia hominum & amplius amiserunt. Ingens vis hominum quæ media strage reuulsa/se se trepide in apheciam iniecerat, haud multo post murorum ruina est oppressa. Adadus fide prius accepta ad Achabum victorem venit, a quo suppliciter ad pedes prostrato adorari se Samaritanus rex non est passus. Cæterum in currum prius sublatum honorifice appellauit, multisque muneribus donatum incolumem do-

DE REGIBVS REGNORVM IVDÆ ET ISRAEL LXI

mū remisit, qua beneficia Syrus prouocatus, omnia loca quæ sui maiores Israelitis bello ademerāt, se Achabo redditurū est pollicitus, & cum his Damascum urbē clarissimam, Atq; hūc exitū habuit bellū, qđ Syri Israelitis his magno apparatu/ maioreq; tumultu intenderāt. Fuit ea victoria Achabo min⁹ lata, ob ea quæ ex oraculo acceperat. Micheas ad eū propheta venit, haud dubie affirmans, futurū vt ab hoste infestissimo, quē ipse sua stulticia seruasset aliqñ interficeret. Ea voce vehemēter turbatus Achabus/ Micheam custodiri iussit, simulq; in Samariā futuroꝝ sollicitus, cū victore exercitu reuersus est. Et is tunc erat circa Samariā rerum status.

Iosaphati opes/ eiusq; nūerosus exercitus Achabo aduersus Adadū iunctus. Micheæ & Sedechiæ de Achabi exitu cōtentio, cuius interfecti cruorē, canes/ vt Helias prædixerat lampserūt. Caput. VIII

Iosaphatus interim/ & qui sub eo erāt pietate & ocio florebant, destinauerat ille præter cætera iusticiæ documēta, quæ a principio sui regni posuerat, sacerdotes ex Hierosolymis circa vrbes quæ suo parebant imperio, vt patrias populo leges prædicarēt, ad earūq; cultū hortarentur, quo pio instituto mire iusticia & æquitas toto regno creuerat. Huius rei phama moti reges & circūiectæ gētes, vltro Iosaphati amicitia per legatos poscere, multaq; & magna vndiq; illi congerebant munera, sed neq; solers diuinorū cura, studiūq; a reliqua administratione regium auertit animum. Nullus vnq; Hebræorū regum/ tot hominū milia habuit in armis. Iosephus auctor est, nouies centū milia bellatorū sub eius signis militasse, sunt qui duodecies & amplius scribant. Hūc foelicitatis cursum vnū dūtaxat factū deformauit. Ioras eius filius Gotholiā Achabi filiā vxorē sibi desponderat, eaq; affinitate fretus Achabus ex Iosaphato petijt, vt sociā secū arma aduersus Adadum Syriæ regē iungeret, habere se in anio Ramothū urbē in Galaaditide terra sitā, quā maiores sui tenuissent, nec sibi restitutā ex Adado armis repetere, id Iosaphatus nihil grauare præstitit, pulchrū sibi & honorificū ratus, hominē suæ gētis, nouaq; affinitate sibi nuper deuinctū, aduersus externas gētes armis iuuare. Collatis itaq; castris, placuit priusq; in acie descendere (Nam & Adadus cum q̄maximis potuit copijs obuiā processerat) numinis voluntatem sciscitari. Habebat Achabus prophetarū penes se numerosum coetū, quibus in mediū accersitis/ cū omnes victoriam portendi affirmarēt, nihil eorū prædictioni Iosaphatus credere, haud quidē ignarus, ob prauum sacrorū ritum/ vanū esse omne illorū vaticiniū, ab Achabo itaq; sciscitatur, an præter illos/ quos circa se frequētes haberet, esset aliquis cui ob exploratā diuinationē maior fides haberi possit. Tum Micheas Achabi iussu e custodiā eductus, de euētu pugnæ dicere iussus est. Is omnia ad priorem diuinationē referens, iterū cecinīt Achabū a Syro interfici oportere, eoq; bello haud dubie casurū, ac futurum vt canes/ quēadmodū Helias antea cecinisset/ eius sanguinem lamberent, tum Sedechias prophetarū vnus (is magna erat apud Achabū existimatione) ad Micheā diuinationē eleuandam, & vt regem præsentī metu leuaret/ nemo est inquit rex, qui nō perspicue intelligat/ si rē attendat, vana esse omnia quæ Micheas de tuo exitu cōfinxit, ait ille/ te præsentī bello interiturū, qui si verus sit vates, iam falsa fuerit Helix prædicatio/ fore vt tuū cruorē canes in Nabotheo agro lingerēt, vt iustissimi olim viri linxissent, quem vxor tua occidendum populo tradidit, qđ si hīc cadendū sit, irrita sunt quæ de te ppheta sūmus euētura vati-

cinatus est, verū vtri maior habenda sit fides/nemini dubiū est. Sed egometipse experlar/si iusseris, quæ huic habēda sit fides. Constans fama est Hieroboæ dexterā quæ vim prophetæ intulit subito contabuisse, pulsabo inquit Micheam ac si noxa inde vlla secuta fuerit, satis tibi & alijs erit exploratum, fidem eius dictis nullo modo defuturam. Hæc ille/simulq; regis permissu Micheam palma percussit. Cæterum quū id impune fecisset, metu Achabus liberatus, in aciem copias eduxit, eius pugnae exitus declarauit numinis prouidentia contigisse, vt nulla ex ea iniuria vltio secuta sit, ne si aliter euenisset fatali exitio mora fieret. Erant regum animi/& si præsentī metu leuati, haud tamen omnino liberi religione. Quare ita inter se comparant, vt Iosaphatus stola cæterisq; regijs insignibus in acie staret. Achabus gregorijs militis habitu/pugnam cieret. Dicitur Adadus suis præcepisse, vt tota acie Achabum ad interitū requirerent, homo omnium ingratissimus, qui tanto studio mortem hominis optauerit, a quo tertio ante anno vitam dono accepisset. Potuerunt scio ego, præter Ramothi causam, media temporis intercapedine nouæ inter eos offensæ existere, etsi auctores quibus curæ fuit hæc prodere, non dicant quid in causa fuerit q; vterq; alterum tam infense oderit, vt hic regnum, ille vitam alterius petierit. Commissio igitur prælio, fatalis necessitas Achabum in eum locum pertraxit, vbi sagitta ab hoste immissa latiferum accepit vulnus. Traxit tamē aliquamdiu pugnam, verum inclinante die, quum assiduo fluuiū sanguinis cōsistere amplius non posset, aliquāto priusq; animam efflaret, pugna excessit, deinde prælio in noctem extracto, vbi primum Achabi casus rumoribus vulgatus est, Israelitæ fuga dilapsi in pacatum concesserunt. Regium corpus Samariæ est sepulchro datum, mortui cruorem (quod multo antea Helias viderat) Circa Isaram Samariæ fontem, vbi Achabi curus est abstersus, lampsērunt canes. Continebatur Isara Nabothi agri finibus. Iosaphatus ex acie reuulsus Hierosolymā se trepide recepit.

Tres gentes cōtra Iosaphatū/castrensi seditione deletæ sunt. Ochoziæ mortē prædixit Helias, quē cum tribuni minaciter ad regē vocassent flamma exusti sunt. Enochis & Heliae incerti exitus. Caput IX

NEc longo inde interiecto tempore/ab Hammonitis, qui Moabitas & Arabum auxilia suis viribus adiunxerant, bello est petitus. Tres ita gentes Iosaphati regnum hostiliter adortæ, & ad Asphaltidem vsq; lacum tumultuose progressæ. Gaddum lacui adiectum obsidione cingunt. Distat ab Hierosolymis locus stadijs trecentis, præcipua ibi palma/opobalsamiq; vt Iosephus ait/prouentus. Huiusmodi bellorum ~~animis~~ Iosaphatus territus, ad diuinam opem homo sacrificulus confugit, cuius iussu supplicatum est promiscue ab omni sexu/& ætate. Helisei deinde voce factus certior, victoriam de hoste sine prælio adesse, conscripto exercitu in Thecuæ desertis confedit, inde priusq; ad hostes veniretur, dira libido illorum animos cœpit in se hostiliter sæuendi, tantaq; cædes secuta, vt ex numerosissimō nuper exercitu, q; paucissimi superfuerint. Incidit in tetram illam stragem Iosaphatus, collectisq; per triduum spolijs, hostiumq; castris direptis, deo optimo maximo ob victoriam clarissimā sine vlla suorum clade quæsitā gratulatus est, mansitq; iam inde loco nomē vt laudum actionis sit vallis nūcupata. Fuit inde rerum status circa Hierosolymam pacatissimus, binæq; Israelitarū regna ob regum amicitiam, pacate inter se agentium, opibus & ocio floruerūt. Medio

DE REGIBVS REGNORVM IVDÆ ET ISRAEL LXII

itaq; tēpore Ochozias Achabī filiū, qui nihilo patre erga religionē melior fuit, quā Moabitæ subita defectione annuum tributum abnegassent (Iosephus tributū summā explicat, trecentaq; ouium milia ait intonsa dari solita) medio bellī apparatu graui scalarum lapsu debilitatus, quum modica spe vitam traheret, Acharonē misit, qui ex vano quodā eius gentis oraculo sciscitarentur, an ex eo esset languore conualiturus, ijs qui missi fuerant Helyas factus est obuius, monuitq; impie facere Ochoziam, qui aliam superstitiōē secutus, dāmonū sectaretur præstigias, irentq; & regi nunciarent futurum, vt non multo post vitam cum morte cōmutaret. Hic commotus Ochozias, petijt quis esset is, a quo responsum ad se tulissent, nescire se nomen illi confessi sunt, cæterū hirsutum corpus, scorteaq; præinctum. Sensit tum Ochozias Helyam adesse, misitq; ad eū tribunum cū paucis, qui si venire ad se recusasset, vel inuitum traherent. Repertus est propheta sedens in monte, superbeq; & minaciter iussus ad regis conspectum properare, miraculo accidisse aiunt, vt cœlesti flamma sit tribunus & qui cū eo erant continuo absumptus, atq; similem cladē expertos qui secundo deinceps loco a rege venerant. Postremo mitius appellatus in urbem venit, hic Ochoziam coram instruit, quæ de ipsius interitu cognouerat, ac tum demum vt quidam tradūt Helyas in humanis esse desijt, nec quo casu ex hominū oculis fuerit sublatus, satis constat. Similis quēdā opinio tenuit de Enochis exitu, q̄ antiquior fuit diluuiō mille & ampli⁹ annos. Nec Ochozias multū deinceps sup̄fuit, in cui⁹ locū Ioras frater regimē suscepit.

Ioras cū duobus socijs regibus Moabitarū regionē depopulat⁹ & gēti ipsi, quia rex filium immolasset, pacem reddidit Iosaphati exitus. Heli⁹ geus Syros in Samariā p̄traxit ad regis conspectū.

Caput X

Ioras bellum in Moabitas ob gentis defectionē nouare adortus, ad Iosaphatū misit, qui eum rogarent, vt sociā secū arma in Moabitas iungeret. Responsum est, fore vt nō solū Iosaphatus cum suis auxilijs præsto adesset, sed Damascenū etiā regē in belli societatem traheret. Cū his igitur copijs, quas in armis habuit, Ioras Hierosolymā venit, quo Damascenus Rex cū suo exercitu nō multo antea fuerat accersitus, hinc tres reges cū tribus regijs exercitib⁹ in hostē profecti, & vt suus esset occultior accessus, per deserta iter intendunt, qbus sane locis est non nihil siti laboratū. Cæterū Helysei p̄cibus (dederat is Helyæ dum in humanis fuit operam) nullū maius aquationis incōmodū adiit exercitus. Moabitæ q̄a constans erat phama, tres reges cū suis copijs appropinquare, præmittūt confestim q̄ montiū angustias insiderent, frangerētq; hostiū conatus in ipsis regni finib⁹. Sed dū hi faceffunt imperata, cruētas forte aquas pximo torrente intuiti, delētas hostiū copias intestina seditione rati, qualē ipsi casum haud multo prius fuerāt in Iudæa experti, id regi nunciandū curant, simulq; ab eo petunt, vt liceret sibi ad hostiū spolia legenda cōtendere. Q̄ temere nūciata res est, tam stulte & a rege & ab alijs credita, permissumq; oībus vt in prædā discurrerēt, tum præsidio locorūq; opportunitate relicta, incōposito agmine ad hostē tendūt, anhelosq; cursu in Israelitarū castra incidētes, velut in insidias plapsi impetū primo inhibēt, inde metu p̄culsi fugā capessunt. Modico itaq; negotio fusi sunt, passimq; pallantiū terga cesa. Moabitanos deinde fines tripertito reges ingressi, vniuersam regionē ferro & igni populant⁹, plures adhuc vrbes vi captæ direptæq; sunt & incensæ, quædā etiā ab

imo excisa. Ad regiam urbē postremo copiae admotae, quae longa obsidione fatigata quum haud procul ab eo esset ut vi capere, tentauit Moabitanus Rex cum quingentis fortibus viris per hostium stationes erumpere. Ceterum vi hostium in urbem compulsum, desperatione actus/filiū maximū natū, qui ad regni successionē alebatur, in fastigio muroꝝ vnde ab hoste conspici posset/pro hostia mactauit. Id spectaculū intuiti reges, miseratione commoti, admonitiq; insuper vnus nuper potētissimi regis exemplo, q̄ incerta sit omnis humanarū rerum cōditio, cōfestim obsidionē solunt. Credibile est Iosaphatū & alios animaduersa hostis desperatione, satius duxisse mitioribus cōditionib⁹ pace illi reddita bellū cōponere/ q̄ labore & periculo hostē ad mortē cōpellere, sed q̄ quo modo pax illi reddita est/Moabitanus hostis quod satis constat, haud multo postq̄ filium interemit/leuatus est obsidione. Victores exercitus diuersi in suū quisq; regnum abierunt, nec ita diu postea Iosaphatus vita decessit, quum iam sexagenarius esset, sexusq; a Dauidē Hierosolymis annos quinq; & .XX. regnum tenuisset, ipsi regiae stirpis auctori magnitudine animi, gestarumq; rerū gloria & pietate perq̄ similis. Ioras natorum maximus per manus ab eo regnū accepit pacatissimū, florebantq; omnia in tota Iudaea ocio & opulentia, quū Samaritanarū res sua sponte turbare coeperūt gentis statum. Ioras Achabi filius/qui post patris interitum Samariae tenuit regnū, venatum exiturus/ab Heliseo monitus dicit, ut capitales caueret insidias quae a Syro hoīe imminerent. Audijt ille/domicq; se tenuit. Adadus rex qui in animo habebat illum excipere insidijs, vbi praeposita caedis consiliū ad irritum cecidisse vidit, in paucos familiares quos eius consilij participes fecerat sauius rex, & iā quaestioni eos admouerat, quū ex domesticis vnus frementē admonuit, videret ne Heliseus, ppheta homo futuroꝝ nō ignarus, & qui rebus Iorae vchemēter studeret, regē impēdentis periculū admonuisset. Fecerūt ea verba apud Adadū fidem, continuoq; ira in vnum deflexa, mittit qui Heliseū Dothai agentē captū ad se perduceret. Equites qui ad id missi sunt caligine illorū oculis offusa, ppheta in Samariā ad Iorā pertraxit, obiecitq; eos rex suis trucidandos/nisi Heliseus inhibuisset, satis habere se dicit q̄ Syri se in tutela numinis eē nō ignoraret. Hospitalitē itaq; suā ei⁹ habitū ad Adadū icolumes remissi sūt.

Ioras arcta obsidione pressus, in mulierum duarū litem/quae de comedendis pueris pactū inierant incidit. Syri Helisei praedictione sua sponte turbati cāsi sunt, praeda direpta. Aqahel oraculo pphete fretus, Adado a se interempto succedit.

Caput XI

AT neq; Achabi antea bñficiū, neq; tūc Iorae hospitalitas Syriū pacatiorē redde potuerūt, sed tā ingēti armorū apparātū q̄ nunq; antea Samariā adort⁹, Iorā intra moenia compulsum/graui coepit obsidiōe fatigare, q̄ ppter spem oīm lōgius distracta, tantā rerū oīm in vrbe caritatē & inopiā peperit/ut pditū sit memoria, caput asini octoginta nūmis argēteis vānūisse. Ioras in summa rerū oīm difficultate nihil adhuc fract⁹ aīo. Ceterarū veritus ne fame ciues adacti, occulta cū hoste sererēt colloquia, ipse circa muros sollicitē statioēs obibat, eū mulier q̄dā, pcul intuita/flebilī voce appellat, rogatq; supplicat ut sui misereat. Credidit primo Ioras multis alloq; curis distract⁹/aliquid a se peti, q̄ lōga inedia solueret, ob idq; mulierculae occurrēs nihil esse in se testat q̄d cuiq; opitulari possit. Appellat iterum illa nihilo seci⁹ regis fidē. Tū dicēdi

DE REGIBVS REGNORVM IVDÆ ET ISRAEL LXIII

præte facta cōuenerat inquit rex mihi cū vicina, vt quū iā longa fames omne dirū nefas
 suaderet, filiū vtrāq; suū sorte interficerem⁹, vt qd hui⁹ afflictæ vitæ adhuc supest, nefa
 rio diroq; (qm̃ meliore non licet) traheremus cibo. Occidi ego prior vnūcū quē habui
 filiū, partitaq; sum ex æquo cū illa corpus, nunc eo cōsumpto abnegat perfida mulier
 se mecū tale aliquid pepigisse. Quare te p̃ hac mala quæ patior oro & obtestor, vt pro
 imperio & potestate eam cōpellas ad hæc, quæ mihi ex pacto debētur rite persoluēda.
 Percussus loras rei atrocitate vestē sibi conscidi præ nimio dolore, inde ira accensus
 mittit qui Heliseū obruncaret, quippe qui securus nimis extrema suorū mala intue
 retur, nec in tā lōga obsidione cōsilio precibusve, regē aut ciuitatem iuuisset. Præsen
 sit Heliseus/vt futuroꝝ gnarus, percussoris aduentū, monet itaq; discipulos quos cir
 ca se habuit, vt in ipso vestibulo domus regium spiculatorē paululū remorētur, certo
 scire se regem ad se confestim venturū vt eadem inhiaberet, estq; verborū fides conti
 nuo secuta. Tum loras multum est coram eo questus, q̃ res suas in tanto rerum discri
 mine cōstitutas/nullo fauore numinis subleuasset. Tum Heliseus, bono inquit sis ani
 mo, cras quod mi nime reris/adeo rerū omniū leuabitur annona, vt duobus stet syclis
 hordei satum, Hic ex regijs amicis vnus, erit id certe inquit, si tritico & hordeo plue
 rit. Erunt hæc/vt dixi Heliseus ait, sed ea copia nihil ad te. Sequēte igitur nocte, tacita
 perturbatio primum hostiū castra inuasit, inde cum tubarum clangor/horrendusq;
 armorū fragor porro redditus multū animos perculisset, consternati hostes ad regem
 concurrunt, nunciant vim hostiū ingentē adesse, nimirum ex Aegypto aliundeve
 noua loræ adsint auxilia, quibus fretus impetum in castra sit factururus, hæc illi, simul
 q; vbi terrificus clamor tubarumq; cōcentus appropinquare visus est, adeo regem &
 alios turbauit, vt Syri nocturna occasione vsi, relictis castris omnium rerum opulētia
 refertis, trepide in pacatum trans Iordanem concesserint. Inciderūt leprosi quidam in
 castra nuper deserta, qui ex gentis instituto vrbe exclusi, quū nemo ante portas stan
 tes in tam arcta iuuaret annona, in castra transire constituerant, vt cibum inde mendi
 carent, hi cognita hostiū fuga, omnia em̃ silentij & solitudinis plena occurrūt oculis,
 ad urbem recurrunt, custodibusq; præcipiunt, vt continuo regi nuncient, deserta esse
 hostiū statiuā. Nulla ab initio regi apparuit causa, cur Syrus tam celeri desperatiōe
 obsidionem soluere debuisset, credere itaq; vulgo, Syrorum eam artē esse/vt si temere
 ad prædam ex vrbe discurreretur, oppidum subita vi caperent. Placuit igitur nihil in
 explorato agere, missi sunt expeditissimi equites, iussiq; ad Iordanē vsq; fluuiū ade
 quitare, postea vero q̃ hi tuta omnia renunciarūt, discursum est in castra ad prædam
 diripiēdam. Iumentorū & curruum, numerus ingens captus, multum præterea auri &
 argenti preciosaq; vestis, cæterum nihil æque fuit omnibus gratum ac frumenti co
 pia, quæ supra modum ingens in castris reperta est. Ea res in causa fuit, vt eodem die
 quo hæc gesta sunt, duo hordei satā vno syclo vānerint. Habuit satum mensuræ ge
 nus, & Iosephus scribit modium vnum Italicum & dimidium eius. Cum cætera igit
 prophetę verbis respondissent, Hesternus ille cauillator, qui temere fuerat in prophe
 tam inuectus, cum ante portam a rege constitutus esset, vt multitudinē sedatiore gra
 du in castra emitteret/ne conferto præcipitiq; agmine minus validi (vt solet) eliderē
 tur, plurium simul irruentium vi pressus, violenter iactatus efflauit animam. Adadus

vbi in Damascum venit, nocturnæ fugæ vaniq; pauoris conscius/in languorē maximum incidit, peperitq; languor (vt affolet) morbū/quo ille implicitus, Aḡahaelem ex aulicis quendā ad Heliseum misit cū muneribus amplissimis, vt senem de valitudinis exitu consuleret. Propheta periturum regem dixit/ac cum his in lachrymas prorupit. Miratus Aḡahel pphetā flentē, causam requisituit, tum Heliseus dubium impulsu numinis, an vt diuinationis experiētiam daret aliquā/suiq; admiratione hostem in suos pacatiorā haberet, cerno inquit te futurum Syriæ regem/miserabilemq; cladē nostræ genti allaturū. His Aḡahel instructus/homo qui iam antea imodicos alebat spiritus, vbi domū venit, regē morbo affectū laqueo extinxit, regnūq; absq; vllō maiore certamine occupat. Erat Aḡahel vir impiger, opibusq; & gratia secūdū regem longe inter Syros potentissimus/auctor itaq; fuit pluriū templorū suis vrbibus Damasciq; in primis erigēdorū, & cū his vnū qd Adadus instituerat, q̄ propter vtriq; diuini sūt postea honores decreti, & ambo p dijs habiti. Samaritanæ interim res aliqñdiu i ocio fuere.

Ioras Iudææ cū Athalia idolatrā. Arabes Palēstinā populant. Ioras Israel vulneratus dū curat. Hieus in regē inungit/qui Iorā & Ochoḡiā occidit. Hieḡabelē e turri præcipitari/oēm pgeniē Achabi extingui/ Sacerdotes interfici/& templū eius dirui iussit.

Caput XII

Ioras qui Hierosolymis regnabat (enimvero duo eodem nomine, vterq; suo regno in Iudæa rebus tempestate illa potiti sunt) Athaliæ cōiugis cōsuetudinē (fuerat hæc Achabi filia/sed plus omnino materna supstitutione q̄ Iudaico ritu imbuta) tantū a paterna pietate diuersus abiit/vt a domesticorū cede regnum auspicatus, impiū alienigenāq; cultum pro ea quē a maioribus acceperat sit secutus, & quod maioris omnino fuit amētia/populū ad malorum dāmonū cultum vī compulit, quibus demū malis coīquinatus in varias incidit clades. Idumei ab eo primū defecere, rege interfecto qui in fide ipsius erat/secuta & aliarū gentiū defectio, nouissime Arabes Palēstinā adorti, omnem campestrē regionē ferro & igni populati sunt, domo insupdirepta vxores & liberi præter Ochoḡiam natu minimū qui fuga seruatus est, subito hostiū incursu periere. Ipse ventris pfluuiō diu conflictatus (quæ omnia ex Helia epistola antea cognouerat) anno ex quo regnare cœperat octauo infelicitē cōsumptus est. Eum extinctum/neq; regio funere extulit populus, neq; maiorū sepulchro inferri est passus, Ochoḡias paterni regni gubernaculū accepit, quo Hierosolymis imperāte/ In altera Iudææ parte Ioras Achabi filius iam antea regnabat. Is post Adadi interitum hostili metu solutus, ad Ramothū vbi pater lætali vulnere acie faucius excesserat Syrijs adimendū animū adiecit. Ingenti itaq; exercitū cōparato, magnis opibus urbē expugnare conatus/dū forte circa muros incaute versatur, sagitta ex vrbe petitis/graue vulnus accepit/ad quod curandū, in Ieḡraelē urbē proximā decessit. Hieo Nansi filio viro impigro cū imperio in castris relicto. Erat Hieus obsidioni cæterisq; rebus ita intentus, tam strenue tēpestiueq; imperatoriū obibat munus, vt a nullo regis præsentia desideraretur. Sed dum Ioras diligēter curat, Heliseus vnū ex discipulis Ramothū in castra misit/qui Hieū futurū regē inungeret. Erant tum forte circa Hieum plariq; ex principibus castrorū/siue officiū causa/siue ad aliquid de summa rei cōsultandū vocati, quū Helisei nūcius ingressus secretū ab eo petijt, atq; in proximū conclaue abductū,

DE REGIBVS REGNORVM IVDÆ ET ISRAEL LXIII

Hiei caput oleo pfudit testat^o se ab Heliseo missum/vt eū Samariæ regē inūgeret, fore vt regnū sine vlllo maiore motu obtineret, atq; ex Helia p̄dicatione oēm Achabī extingueret, p̄geniē/in p̄phetarū vltionē, quos Achabus impie obrūcasset, Hæc ille cum dixisset/cōfestim retro abiit. Hieus vbi se cōsilio reddidit, rogat^o ab ijs q; proxime steterāt, qua fiducia hō ille in cuius ore manifesta emineret v̄cordia, eū a re seria abduxisset, Hieus & quis & vnde esset docuit, inde cūctāter & cū rubore quæ facta essent patefecit, ad quā vocem consensus & gratulatio ingens orta est, quā occasionem Hieus secutus, primū omniū principes commonuit/vt milites ad officiū hortarētur, simulq; ad loram extinguendū ire pergīt/nec tam procul Ieçraele erat, quum agmen aduentare nunciant ij qui in speculis stabāt. Tum Ioras percussus, expeditissimum equitē iussit venienti agmini occurrere, qui ex proximo speculatus, amici essent/an hostes ad se celerrime recurreret. Is ab Hieo in occurſu oppressus/iussus est agmen sequi, quod p̄cul intuitus speculator ex edito exclamat, equitē post congressum agmini sese agglomerasse, quod cum in altero quoq; qui post illum est missus euenisset, continuo Ioras cum Ochoçia rege Hierosolymorum/ qui ibi forte erat in currum sublatus, q̄q; vulnere adhuc grauante, amenti similis Hieo occurrit, quem quum procul amice compellasset/nec cōtra quicq; pacate redderetur, sed veneficæ impudicæq; foeminae filius appellatus, in se impetum fieri vidit, flexo repente curru fugam molitus est. In eū abire volentem Hieus hastam contorsit, sunt qui sagittā dicant/qua transfixus Ioras/curruq; deuolutus in poplitem concidit, animamq; continuo efflauit/ eius corpus in Nabothi agrum volucris & feris est proiectum/vt vera essent quæ Helias post Nabothi cadem, Hieçabelis nequissimæ suasu perpetrata, in Achabo & posteris euentura dixerat, Ochoçias & ip̄e sagitta ab Hieo vulneratus, equi pernicitate in Magedonē grauius affectus aufugit, vbi inter curandum/est ip̄e quoq; extinctus, quum annum nec amplius octauo ab Dauide loco/Hierosolymis regnasset. Accidit igitur vt duo Iudæorum regna vno tempore vtrūq; suo sint rege spoliata. Post loræ cadem Hieus Ieçraelē adequauit, vbi Hieçabel Ioræ mater erat/ hæc morte filij cōperta, ex alta turri exclamans, Hieum venientem conuictio excepit/nequissimum mancipium appellans, nūc perfidum & impiū/qui dominum & regem violare esset ausus. Hieus Eunuchis qui cum Hieçabele erant imperauit/vt eam e turri præcipitarent/ quā ruētem/humiq; afflictam, turma equitum ad id missa, equorum vngulis conculcatam/& obtritā pene ad nihilum redegit, ita vt quum Hiei iussu eius corpus ad sepulchrum requireretur, nihil præter manum reperire potuerit, cætera quæ ex equorum attritu superfuere, canes subito lantatu consumpserūt, Ego vt in Nabothi agrum abijceret ab Hieo corpus requisitum crediderim, potiusq; vt funere ornaret vlllo, nisi in Tyrionū regum gratiam, ex qua illa fuit familia/id factum aliquis arbitretur. Septuaginta Achabī filij in Samaria sub pedagogis adhuc erant, hi vno tempore Hiei iussu necati sunt. Eorumq; capita ante regiam ad spectaculum coaceruata. Inde Hieus pro concione testatus dicitur, eam cadē nulli esse mortaliū ascribendam, Achabī impietatē in se suāq; domū, coeli numen irritasse/adesse vltionē scelerū, quum impij regis, tum eius cōiugis foemine teterrimæ/quā Helias diuino afflat^o spū aliqñ affuturā dixerat. Nec Hieus adhuc inimico sanguine explet^o, oēs Achabī toto regno necessarios expulit, qñ & Ocho

ciae fratres (hi quidem Hieo in samariam tendenti obiter occurrerant) confestim ad supplicium rapi imperauit. Cōuersus inde ad superstitionē tollendā populo ad cōcionē vocato, edicit, velle se Baali deo, cuius cultus ab Achabo fuisset inductus, solennes venerationes reddere, accersendos proinde vndiq; sacerdotes eius religionis peritos, ipsiusq; sacri antistites vt rite celebriq; conuentu omnia fierent, Capitalem poenam irrogat huic, qui ad dictam diem non affuisset. Multis igitur in samariam confluentibus, vestem qua facturi erant sacra per pontificem assignari iussit, voluit credo eo discrimine a reliqua multitudine discerni, vt percussores sine alterius clade in eos tutius grassarentur, sic quoq; veritus ne quis piorum illis temere mixtus periclitaretur. Nam multi quoq; q̄ in antiquo ritu religionis permanebant, in regum gratiam Baalici sacerdotibus frequenter miscebantur. Sciscitatus ergo Hieus Ionadabum virum insigni pietate, quem eius consilij fecerat participem, an piorum quempiam eo coetu mixtū arbitraretur, cū negasset ille quemq; adesse, octingentos ex cōposito armatos in eos arae admotos misit, qbus imperatū erat, ne vnū quidē incolumē abire paterent nisi pro ijs q̄ seruati eēnt, ipsi suis capitibus vellēt poenā luere. A nullo igit est ferrū reuocatū, atq; vna sacerdotes ministriq; Baalici in suo vestigio obrūcati sūt. Tēplū Baalis qd̄ erat Samariae incēsum ac dirutū, atq; hoc maxime mō praua religio a sidonijs accepta, ab Hieo est sublata, cetera multitudo in antiqua religione regis iussu pmanisit.

Athalia dauidicam stirpem extingui iubet, opera Ioiadae pōtificis, interfecta Athalia, Ioas in gentile regnum restituitur/Baalis templum diruitur/ Ioas emptā a Syro pace insidijs perijt/ Redemit & Ioachan pacem & obiit.

Caput XIII

Sed dū hac q̄ dicta sunt Samariae gerūt, Athalia Ochozie mater, caede Iorae fratris, filijq; vno pene tpe nūciata, mox grauiore adhuc nūcio de Hieçabel matris, totiusq; familiæ crudeli interitu certior facta, mulier sua natura ferox facinorosq; igenio, tot domesticis cladib⁹, alia sup̄ aliā irritata, regnū vī occupat, ac q̄scūq; ex Dauidis domo medio est tumultu adeptā, vt oīs familiæ memoria aboleret, occidi impauit, Ioas Ochozia fili⁹ infans, ex regia sublat⁹, in Iosaphatae amitæ domū furto est delat⁹, vbi annos septē/ quib⁹ Athalia regnū administrauit, incredibili pietate est nutritus. Erat Iosaphata Ochozia ex patre soror, nupseratq; pontifici Ioiadae. Is vt regnum puero recuperaret, paucissimis Centurionum, q̄ apud se Ioas aleretur primo aperuit, inde fide data & accepta, quid in animo haberet edocet, scire se ait fato dauidicæ stirpi Iudæ regnū plures ætates deberi, statutū proinde habere quantū in se sit experiri, an paternū Diadema possit puero recuperari, neq; consilium aut vires ad id de futuras, tantū leuitis & cæteris sacrorū ministris, q̄ foris essent sibi cōuētis opus esse, q̄ vt ad certū diē sacrorū p̄textu in urbē venirēt, pōtificia potestate se euocaturū dixit, ipsi regionatim partiti inter se mun⁹, vndiq; sacrum ordinē accerferēt, Cēturiones multis pollicitatiōib⁹ operati, cæterū odere & ipsi sua spōte p̄sentē rerū statū, impigre enauarūt operā. Affuerūt igit paucis diebus tribuū principes, & leuitarū plurimi, quibus in templū appellatis, Ioas primo in conspectum dedit, simulq; demonstrat/ quis esset quem oculis cernerent, quoue casu seruatus, quanta præterea cura apud se domi nutritus. Subijt statim puero inspecto omnium animos Dauidis & aliorum ab eo

DE REGIBVS REGNORVM IVDÆ ET ISRAEL LXV

regū memoria, nec præ nimia pietate lachrymis tēperare potuerūt. Ad breuē igit hor-
 rationem, subitus est fauentium clamor secutus, puerumq; regnare iubentium. Tum
 pontifex, bene habet inquit/quando vobis ita placet euenire, ite & per partes omnes
 templi aditus præsidio tenete. Ipse puerum Diadematū regio solio collocat, patefa-
 ctoq; regum armamētario, priusq; vllus oriretur tumultus, suos armis instruit, Atha-
 lia trepidissimis nuncijs domo excita, cum ea armorum manu stipata, quam forte ad
 manus habuit, templum inuadit, vbi puerum Diademate insignitum intuita/ vestes
 sibi præ nimio dolore cōscindit, inde per mediū præsidium furibunda vadens, tem-
 plum irrupit, qui pro portis stabant ex composito facile cesserunt, inde mucronibus
 in eos conuersis, qui post illam irrumpebāt, haud magno eertamine a suis exclusam,
 protinus ferro obnoxiam habuere. Tum pontifex mandat suis eam violenter arripī,
 atq; in Cedronis vallem abductam, ne templum cadē violaretur iugulari. Ex sacro
 igitur abstracta, ad portam quæ mularū dicta est/ferro icta corruit, Athaliaq; in hunc
 modum extincta est. Ioīadas populum ad concionem vocat, hic a dauidicæ gentis in
 omne Iudaicum nomen meritis exorsus sanctitatē familiæ, promissumq; diuino ora-
 culo nepotibus regnū memorat, in Athalia inuectus, quæ crudeliter regnū
 adeptā, multo crudelius exercuisset, iure cæsam pronunciat, verum legitimūq; ait po-
 pulo regem restitutum, eum omēs intueri oportere, eum seruare/quem diuina proui-
 dentia magis q̄ humanū vllum seruasset consilium. Sacramento multitudinē adegit,
 ne quemq; aliū viuo puero in vrbe regnare pateretur, nec ab vllō eū violari, sed pro
 vnus salute & incolumitate, omnes labores & pericula adiret. Adiectū etiā/ne leges
 vllæ præter eas quas Moses tulisset, deinceps obseruarentur. Ita ille cum populo egit,
 inde Baalis phanum, qd loras Athaliæ suāsu Hierosolymis erigi passus fuerat, a sum-
 mo ad imum est dirutum, Mathanq; loci sacerdos interfectus. Erat tum Ioas quum re-
 gnū adeptus est annorū septem, mansit tamen illi regnum incolume ad puberem æta-
 tem accuratissima Ioīadæ tutela, quo viuo cultus quoq; religionis præter cætera regi-
 iam adulto fuit curæ, nec Hieus interim res samariæ multū pacatas habuit. Syrti Aça-
 hele duce, qui late in eam gentem per id tempus imperabat, omnem trans Iordanem
 regionē ferro & igni fœde vastauere. Nec eam iniuriā Hieus est vltus, sed regni opī-
 bus per hæc turpiter afflictis, Ioacha filio superstite/anno sexto ac vigesimo ex quo re-
 gnare cœperat, e vita migravit. Hierosolymis Ioas vbi per ætatem regimen cœpit, a pi-
 entissimo opere administrationem auspīcatus est, Salomonis templo magnifico sum-
 ptu reparato, qd Athalia & filius magna ex parte labefactauerant. Nec ita multo post
 templi instaurationem, Ioīadas iam æuo consumptus ex humanis decessit, qui Israheli-
 tarum vnus post Mosen centū & triginta vixit annos. Post Ioīadæ mortē, tum demū
 Ioas quasi freno & vinculis solutus/in ea vitia erupit, quæ ad id tempus male dissimu-
 lauerat, alienas sacrorum cerimonias cum principibus ciuitatis amplexus/priori vitæ
 pioq; instituto longe diuersus abiit, prophetisq; in diram superstitionem/impiumq;
 cultum reclamantibus, id scelus neq; regi/ neq; cæteræ multitudini fore impunitum,
 quo monitu non modo non nefario ille abstinuīt cultu, sed Zachariam etiam Ioīadæ
 filium virum iustissimū, in templo obtruncari iussit, nec lento deinceps gradu diuina
 affuit vltio. Açahel Iudæ fines ingressus Getheum agrum fœde populat⁹ est, eratq; ad

Hierosolymam castra moturus quum Ioas sacris thesauris/regiaq; gaça exutus, pacē ignominiose petita, vix magno auri pondere sibi a Syro redemit, Nec ita multo post quū in grauissimū incidisset morbū, longa ægritudine cōflictatus, eorum insidijs qui Zachariæ mortem iniquo animo tulerant, anno sui regni septimo & quadagesimo periit. Nec eo extincto res Samariæ pacatiores fuere, quin multo magis accisæ sūt, maioribusq; cladibus immersæ, Syrus ppetuus gentis hostis plures vrbes Ioachani qui Hiei fuit filius primo ademūt, inde eius copias victas occisione occidit, apparebatq; omnia breui in hostiū potestātē concessura, quum pax Ioachani est reddita. Auro ne bellum solueret Ioachan, vt Ioas prius fecerat, an tributum pendere sit pollicitus, parum liquido traditur, illud satis constat, quiete ab externis armis impetrata, breui res Samariæ in pristinam fœlicitatē restitui cōtigisse, quibus pace & fortunis florentibus Ioachan humanæ necessitati concessit, quum annos septemdecem rerū potitus esset.

Q; & miracula in historijs referātur/ Helisei diuīnatio de futura Ioæ potentia/ Suscitatio mortui ex contactu cadaueris propheta. Amasas tres vicit gentes. Ipse a Ioā victus, in triumphum ductus, direpta regia domo & vrbe, inglorius reliquum vitæ vixit.

Caput XIII.

Ambitiose nimis ne impiedicā fecisse videri poterā, si dum omniū gentiū illustriūq; virorū gesta (facit hoc in Enneadibus suis) colligo tradoq; monumentis litterarū ea q̄ deus optimus maximus, ad cuius puidentiā oīa merito referūtur, p viros pietate insignes opatus est miracula, quia taliū rationū humana infirmitas nō capiat, fiantq; ob id multis qui sapientiores videri volunt parū probabilia, dissimulem, quasi vero illa digniora sint relatu quæ Herodotus/ Liuius/ Dionysius & cæteri rerū scriptores olim secuti sunt portenta, cum haud dubie malorū dæmonū illæ insidiæ essent, q̄ hæc quæ ab summo & singulari deo pfecta intelligūtur quæ humani generis cōsensus, tam vere q̄ pie pollentē optimū maximumq; cōfiteatur, nec me magis Polybii qui hæc in historia non probat, q̄ multorum qui idem factitarunt mouet auctoritas, q̄ hunc ipsum merito rideas qui suæ ipsius celsuræ oblitus, aut certe historiae necessitate ductus, in dæmoniaca illa suorum temporum vanitate delirijq; sic insigniter occupatus, sed quid hoc attinet præfari, quum ex scriptoribus haud infimi ordinis extiterint, qui de huiusmodi rebus in parte operis vnum atq; alterum caput inscripserint. Sequar itaq; & ipse meum institutum, prophetarum diuīnationes manifestaq; dei opera, in Iosephi historia/ & in sacris libris tradita per partes relaturus, quale prædictionis genus in Heliseo extitisse memorant, qui quum iam senio confectus esset/ morboq; grauatus, vt nō multo post vita migratur⁹ putaret, Ioas qui Samariæ regnum a Ioachane patre acceperat, ad eū ingressus, quum suā regniq; sui fortunā familiariter quereretur, q̄ Helisei tutelam sibi fatali necessitate ademptum iri cerneret, vbertimq; interim fleret, eum flentē propheta paucis cōsolatus, primo humanæ legi, nec fas esse, nec posse iri obuiā, ostēdit natum se ea cōditione, vt quādoq; e vita egredere, inde præcipit ibi coram ab eo arcum intendi, ac se spectante sagittas emitti, mirantibus cæteris quorsum illius iussa tenderēt, post tertiū iactum, Ioas destitit. Tum quiescenti regi Heliseus, si sapius inquit arcum tetēdisse, omne Syrium nomē per te deleri potuit, nunc sic habeto breui fore, vt ex ea gēte sis sagittariū/ quas misisti, nūero

DE REGIBVS REGNORVM IVDÆ ET ISRAEL LXVI

victorias æquaturus, recipiesq; ab hoste ter victo quicquid ille tuo olim patri bello ademit. Hæc ille, Nec ita multo post vita decessit. Ioas defunctū honorificentissime extulit, & illud haud relatu indignū qd̄ in eius sepulchro euenisse proditū est, homo quidā a latronib⁹ interfectus, temereq; vt scelus lateret, in eius deiectus tumulū, sepulti corporis contactu cōtinuo est ad vitā reuocatus, Ioas ad spem certæ victoriæ erectus Syriū bellū iam inde ab Helisei morte animo meditatus, cognito Aḡahelis regis exitu, filium eius subita vi adortus, triplīci prælīo vicit, victūq; intra Syriæ fines coniecit, ex eoq; ter victo quicquid ex Samariæ regno Aḡahel occuparat/per ociū recepit, Amasias qui Ioas ^{tr̄} parte defuncto hierosolymis regnavit (si em̄ accidit vt duo eodē noīe reges vtrobīq; in Iudæa rerū vno tpe potiti essent) a paternæ cædis ultione regnū auspicatus, oēs conspirationis olim in eū inīta ad poenā requisitos capitali supplicio affecit, horū liberos incolumes præstitit, Moisaicæ legis haud immemor, qua diserte cautū erat ne patris scelera filius lueret. Accuratissimū inde habuit delectū. Trecentisq; hoīm milibus ad bellū cōscriptis, & vt præsens armorū apparatus terribilior esset hosti, centū milia ex samaritano regno stipendio conduxit, et si postea eorū opera Amasias nō est vsus, stipendio illis remisso, Propheta qui regi aderat/admonente, vt ab impio Samaritanorū cōmertio & societate suos abstineret. Externis igitur auxilijs repudiatis cum domestico exercitu in Moabitas Idumæos & Gabonitas mouit, ingressusq; hostium fines cum his acie conflīxit, cruentoq; prælīo vicit, ex victis decem milia cecidere, totidem ferme capta. Inde late per hosticum effusus, ingentem prædam adeptus, ad petram in Arabiā castra fecit, & iam in aperto victoriæ cursu erat Amasias, quum stipēdiariæ Samaritanorum copiæ graui se ignominia affectas ratae, q̄ velut parum idonei milites, ac per hoc indigni, qui Iuditharum castris militarent dimissi essent, in Amasiani regni fines in præsidio nudatos, facto impetu cæde & rapinis vsq; Bethoron omnia turbauere. Nec victoriā Amasias foeliciter cessit, qui præsentī rerum successu elatus/ad patris ingeniū & mores recurrit, captiuos deos quos ex Malachitana victoriā reportarat, religiose est cōplexus. Reclamare in eum propheta/ ac præter impietatem demētīæ quoq; factum redarguere, q̄ eos deos coleret, qui neq; cultores suos neq; seipsos tueri potuissent, iniquo ille animo eiusmodi voces ferre, perstare tamen in suscepta vanitate. Affuit itaq; vt sæpe alias sceleris ultio, ad quā accelerandā ipse sibi viam inuenit, Amalachitana victoriā elatus ad Ioam Samariæ regem scribit, esse sibi in animo om̄e Iudaicum nomen, quod maiorum culpa in duo regna abiisset, in vnum corpus vt antea/vnīre velle itaq; & iubere, vt cū ipsis tribubus antiquo sese imperio subīceret. Q̄ si minus impigre iussa faceret, sciret se non multo post vtriusq; regni vindicem affuturum. Cæterū tantū abfuit, vt minacis, sīma Amasias denunciatio Ioam aliquo modo mouerit, vt per litteras regem ipsum suæ infirmitatis admonendum duxerit, Libanitanī cardui fabula tempestiue litteris inserta, qui suæ humilitatis immemor/ cū cedro affinitatem iungere esset ausus, cui dum sedulo studeret, subito quadrupedis impetu sit proculcatus. Instruxit nihilo secius bellum, quem venientem intrepide Ioas excepit, sed prælīo vix bene inīto inopinatus timor Amasias milites cœpit, secuta deinceps turpis fuga, rex suorum præsidio nudatus in hostium potestātē venit, tum victor Ioas capto extrema supplicia minitans, nisi se intra regiæ vrbis moenia ducere, admotis Hierosolymā castris, dirutaq; murorum parte tre-

centorū cubitū spacio, triumphanti similis Samaritanus rex urbem ingressus, ante ciuitatis oculos Amasiam prae se captū egit. Templo deinceps sacris thesauris spoliato, regiacq; magis direpta q̄ expilata, moestam & deformatā urbem moestissimo reliquit regi. Amasias quum vitæ ob ignominia & cladem acceptā indecore egisset, anno sui regni vndetrigesimo domestica coniuratione periit, in cuius locum Ocias filius successit fuit Amasias ab Dauide vndecimus, inciditq; clades illa in annū eius regni quartumdecimum, qui a Davidis interitu alter a quadrigesimo ac ducentesimo fuit annus.

Ionas triduo in cethus vtero. Palestini & Hāmonite ab Ocia victi.

Hierosolymorū ab eo moenia in staurata, Ipse lepra infectus e medio excedere coactus est.

Caput. XV

N Ec Ioas Hierosolymitanæ/ victoriæ/ sacrilegæq; rapinæ diu superstes fuit, sed violati templi vix anno circūacto vita decessit, regno Hierobē filio per manus tradito, is quicquid terræ Hebraei ab initio ad hemathon vsq; qua parte iudæa ad aquilonem spectat/possederant & ad meridiem, ad Asphaltidem vsq; lacum, a Syris locorum accolis bello victis recipit. Prædixerat id futurum Ionas homo, vt tum multa diuinatione clarus, ita ad posteros ob ea/quæ in illo euenisse dicuntur, præcipua admiratione, sacrę libri & Iosephus quē plurimum in Hæbraica vetustate sequimur, cœlesti aiunt voce eū aliquādo iussu in Ninum urbem proficisci, ibiq; aperta prædicatione, populo significare futurū/ vt breui Assyrii imperium amitterent, veritumq; ne ea vox in se hominum odiū verteret, periculumq; vitæ afferret/longe diuersum iter ingressum Ioppem maritimā urbem venisse, nuncq; inde auctum in ciliciā cursu intendisse, postea vero q̄ altum tenuit/adeo fœda est tempestate iactatus, vt non procul adesset quin maris magnitudine nauis victa/ fluctibus obrueret, nautæ in religionē versi ex vectoribus aliquē esse aiunt, qui infestum habeat numen, quiq; secum occulto aliquo scelere cæteros in apertum vitæ trahat discrimen. Iam em̄ satis persuasum erat omnibus, tantā vim maris sine cœlesti ira cieri non potuisse/cum nulli flarent venti. Tum siue sorte siue ipso id petente Ionas a nautis in subiectos fluctus deturbat, exceptusq; vastissimo Cethi hiatu/in eius aluo triduo fuisse traditur, quod si quis ab eiusmodi miraculis numinis prouidentia se iungat, meram sibi fabulā narrari arbitraretur, sed ita cordi fuisse illi credere par est, in cuius potestate præsidioq; sunt omnia, Scio ego theologicæ disciplinæ auctores grauissimās id mysticæ factū interpretari, vt figura illa fuerit eorū quæ postea in Christo dei filio eueniunt, qui triduo in gremio fuit terræ, quod suo postea loco explicabitur, vt Ionas in beluo vtero. Cæterū vbiq; ille (nam in euxinum quidā aiunt delatū) est terris redditus, diuinæ nō ignarus prouidentia quæ æquæ terris mariq; polleat/iussa quæ nuper in cassum detractaret, præponere facessit. Fuerunt Hierobia res gestæ magnificæ & ample, verumq; Ocias (sunt qui Achariā vocent) in altera iudææ parte gessit nihilo minore phama feruntur. Philistæis bellum is primo intulit. Gethumq; & lamniā vrbes de ea gēte coepit, captas diripuit, direptas muris nudauit, inde bella bellis. serēdo, in Arabes ægypto finitimos arma transtulit, hic victor lateq; euagatus in erithræi sinus ora oppidū summa ope cōmuniuit, validoq; præsidio firmavit, pari successu Hammonitas subegit, subactisq; tributum imperauit. Sicq; regni finibus ægypto, tenuis pro pagatis. Hierosolymā reuersus, vrbis moenia vetustate/priorumq; regum in

IONAS

cumq; tegdu
arbitroz.

in beluino
malloz
vel belue.

DE REGIBVS REGNORVM IVDÆ ET ISRAEL LXVII

curia collapsa / valide instaurauit. Constituit & aquæductus / & munitiones plerasq; Arabū montibus oppositas. Habuit interim sub signis florentissimas copias / trecenta octoginta hominū milia in eius castris fuisse dicunt, omnium armorū generibus optime instructa, nec quū rei bellicæ studio teneret, agiorum est cultū aspernatus, varie q; in eo delectatus dicit, præcipueq; plantarū satione. Sed tantā bonorum affluentia vanus deorū cultus funestauit. Perpetuus felicitatis cursus a vera pietate eum auertit. In nulla fortuna minus homo sibi constat q̄ in ea / quæ prosperrima sit. Magnæ itaq; illi cum Acharia pontifice & vniuerso sacerdotū ordine de sacrorū ritu in templo alterationes fuere. Suntq; prodigia interim tetra & obscena eius oculis obuersata. Demū ore totoq; corpore lepra infecto, coactus est patrio more medio excedere, nec p rege deinceps multa egit, sed filio ad administrationē admoto priuatā vitam instituit.

Multorum Israelitarum regum successio. Manaen pacem ab hoste redemit, Ozeas / Iohel / Esaias eo tēpore claruerunt.

Caput XVI

IN Iudæa / Iona & Amote prophetica diuinatione claris, Hieroboas interim Samariæ, Ozeas Hierosolymis regnum obtinuerūt. Successitq; haud multo post Hieroboas Zacharias filius, qui sexto ab eo mense quo regnare coeperat / domesticis exceptus insidijs. Sellī cuiusdā opera periit, Sellus velut regnū parricidij sibi premiū proposuisset, regis appellationē temere occupat. Cæterum haud multis inde interiectis diebus, a Manaene copiarū præfecto, qui audita regis sui cæde, cū haud modico exercitu ex tharso occurrerat / victus prælio interficitur. Tum Manaen rex creat. Huic quū cæteri imperio paruissent Thabraini soli omnium venienti portas clausere. Id ille iniquo animo ferens / Thabrain urbē infecta oppugnatione aggredit, quam cum breui coepisset / hostiliter diripuit, & vt vnius ciuitatis excidium alijs documēto esset, ne quid tale in se auderēt / in omnem sexum & ætatem ferrum immisit. Phioialus huic bellum intulit, qui post Sardanapalum non imperium / quod nullum utiq; erat amplius, sed in Medicos reges contumax / quandā regni speciem obtinuit. Hæc Iosephus Ego Arbacem & cæteros reges qui eum secuti sunt / p præfectos crediderim Assyriam administrasse, nec vllō modo passuros fuisse Sardanapalo interfecto / quempiā regis nomen in ea terra obtinere. At siue reges / vt ab illo dicuntur, siue illi potius præfecti fuerunt, multæ ex Assyria clades iudaicæ gēti haud vno tēpore sunt illorū ductu illata. Causam belli huius apud Iosephum non reperio. Manaen quū Assyrii Tharsam vsq; prædabundi processissent, suis viribus diffusus pacē precio redemit, pactus in præsens mille argenti talenta, ac totidem singulis deinceps annis in stipendiū danda. Miretur fortasse aliquis (vt tenues tunc erant gentiū opes) tantā argenti summā vnam Iudææ partē imperpetuū pacisci potuisse. Sed Iosephus & Bibliaci libri id habent, adiiciunt adhuc, q; adhuc magis miræ videri possit / Manaenē pollicitū auxiliares copias Assyrio mittere, quibus ille aduersus Medos vtret. Nec Manaen diu superstes fuit / fato Samaria defunctus, Phaceia filio regnū tradidit. Is eo biennio quo regnare coeperat / domesticæ coniuratione est oppressus a Phaceia, qui eodē erat quo & rex nomine. Tenuit regnū parricidio quæsitū Phaceias. Sed minus in eo administrando foelix q̄ in occupando fuerat. Phalasseri ductu Assyrii nouo Israelitas bello adorti, omnē galaaditē terrā subita populatione vastarūt, trans Iordanē quoq; longe, lateq; regione vastata,

M

plurimi mortales sunt in prædā abducti. Tū autē in palæstina Iudæa Ogeas Beeri filius duodecim prophetarū primus diuinationē clariuit, cui pene æqualis fuit Iohel Phatuelis, qui alter in ordine locū sibi vēdicat. Fuit & Abraamus hoc nomine illustris. Sed Esaias sanctitate & eruditione lōge clarissimus. Quippe qui libris prophetica prædictione suo nomine cōscriptū reliquit. Phidon quoq; argiuus p hæc tēpora primus apud suos mensuras & pondera inuenit.

Ioathas Hāmonitas tributarios sibi fecit. Achamus impi⁹ a Phaceia prælio superat⁹, & ipse reparato Assyrii auxilio exercitu Syriā populat⁹, ex Samaria multos abducit, templū claudit, vtriusq; regis mors.

Caput

XVII

Ioathas cuius regnū in primo olympiadis annos incidit, quā aliquanto prius q̄ Acharias paterfatus defunctus esset/administrationi admotus, præter ciuilia opera/multa & varia vrbis moenia/partim ab imo ad summum erexit, partim vetustate collapsa sumptuose instaurauit. Intulit & hāmonitis bellū, victisq; tributū imperauit, vt centum sibi auritalenta quotannis penderēt. Et choros tritici decem milia, atq; hordei totidē, auctoq; in hunc modū regno, anno sextodecimo post patris iteritū, & ipse vita decessit, regni admīstrationē Achamo filio tradita, quidā p achamo achazū habēt. Is diuersus a patris instituto/exēnis aras dñs statuit, & vt p oīa ipiū cultū exerceret, filiū pro hostia immolauit. Cuius manibus haud multo post debitas expendit pœnas, bello a Rasino Syriæ & Phaceia Samariæ regibus illi orto. Hi iuncta inter se societate, eum aliquādiu Hierosolymis arta obsidione fatigarunt, vrbibus interim plarisq; ex eo captis/direptisq; & incensis, & in his Achilacha Erithreo mari adiecta, quo antiquis cultoribus cælis novos Rasinus Rex Syriorum induxit Colonos Vrbis regia (quum valde munita esset) capi non potuit, cuius potiundæ spe abiecta/ hostes soluta obsidione diuersi in suum vterq; regnum abierunt. Tum Achamus suorum scelerum furis agitat⁹, in Phaceiam omnem vltionis iram detorsit. Valido itaq; exercitu ad bellum instructo, Samaritani regni fines hostiliter adortus/ Phaceiam ad arma compulit, nec ita multi intercesserunt dies/ quibus cruenta acie Achamus ab hoste victus. Centum triginta hominum milibus amissis, & in his filio iuvene impi⁹ gro, quem Amaçias Phaceiani exercitus præfectus interfecit, trepide i suum se regnū recepit. Nec Phaceias victoria est negligenter vsus, sed hostem Hierosolymam prosecutus, omnia circa urbem ferro est & igni populatus, ingens vis hominum ab eo capta & in Samariam abducta est. Cæterum Odida prophetæ monitu Phaceias captiuos domum remisit. Nec Achamus (licet victus) deinceps quieuit, sed reparando bello intentus, in Assyriam ad Tadahasarum regem misit, qui magnam cum eo pecuniam paciscerentur/vt in societatem belli veniret. Nec Assyrius postulata abnuī, itoq; cum Achamanis legatis foedere/ Syriam hostiliter inuadit, agrum populatur, Damasum expugnat, Rasinumq; in suam potestatem redactum obtruncat. Inde Samariæ fines ingressus subita excursionē, ingentem vim hominum in agris opprimīt captiuam multitudinem cum Damascenis ad hoc ipsum seruatis/ in superiorē Mediā transtulit. Achamus aurum quod cum Assyrio per legatos fuerat pactus/ bona fide p soluit. Inde eo furoris processit, vt Augustissimum dei templum claudi iusserit, in his

DE REGIBVS REGNO. IVDAE ET ISRAEL LXVIII

buērūtq; sacra fieri. Per hæc ille scelera quū ānōs sexdecim regnasset, moriēs Egechiæ filio regnum tradidit. Quo tempore periit & Phaceias/suorum fraude oppressus, quū annos nouem Samariæ regnū obtinūisset. Oçias eius cadis fuit auctor, cui regnū par ricidij precium cessit. sed Phaceiæ manes nondū quieuerāt, quum Oçias graui bello a Salmanasare Assyriorū rege petitus victusq; tributū illi pēdere est coactus. Eusebius & bibliaci libri hoc rege significare, videntē accidisse, vt ex duodecim Israelitarū tribu bus multa hominū milia in Medos sint translata. Caterū Iosephus Phaceia viuo eam cladem acceptam auctor est.

Egechias templū aperuit, sacrorū ritū habita concione restaurauit, Sal manasar Assyrius Oçiam vltimū Samariæ regem/cum decem iudæorū tribubus in Mediam & Persidem traduxit, Cuthæi Persæ Samariam in colunt.

Caput

XVIII

Res Syriacæ Egechiæ in meliorē statū sunt administratione restitutæ. Successit is Achamo patri, a cuius impio iustituto lōge diuersus/administrationē inde auspicatus est, vt populo ad concionē vocato/publice præfatus sit, nil mirum cuiq; videri oportere/q; tot clades duo Hebræorū regna paucis annis adijissent, patris & aliorū impietate/fauorē numinis a tota gente alienasse/sublatū veterē sacrorū ritū/templū augustissimū, pphanatū/cerimonias interpollatas/ferias a maioribus institutas celebrari vetitas, haud dubie apparere eiusmodi religionis contemptū, non modo ipsi impietatis auctoribus/sed Israelitico etiā nomini bella/cades/agrorū vastatiōes/captiuitatē/ceteraq; mala a quibus vulgo mortales abhorrerēt/continua malorū serie importasse. Nec esse cur meliora sperari possent, nisi vetus pietas in vrhem aliq̃t post ānos restituta/pristinū ius recipiet, velle ob id se, iubereq; quod sibi ciuibuscq; suis atq; vniuersæ genti bene foeliciterq; verteret/tēplū aperiri lustrariq;/veteri cerimonia/sacerdotibus/ministris instrui, vt populus infando daemonū cultu excusso pristino instituto sacrificaret, vetustas ferias patriūq; sacrorū ritum reciperet, quæ omnia vt rite maiorēq; cōsensu fierēt (quoniam aq̃morū dies instabāt)cōuentū vniuersæ genti Hierosolymā indixit. Mittit & in Samariā ad cognatas tribus, qui suo noīe regem & ceteros ad antiquā pietatē inuitarēt, vt p̃ximis aq̃morū feriis, si qua adhuc veteris instituti cura/suorūq; maiorū reuerētia animos tangeret, frequētes Hierosolymā cōuenirent, vt totius gentis cōsensu, atq; ob id fortasse auspicius vetus sacrū instauraretur. Hæc ille. Verum tantū abfuit vt qui ex Samaria accersiti sunt, antiquū solēne p̃senti hortatiōe respexerint, vt legatos & pphetas qui cū his missi erāt/cōtra ius gētiū violarint. Multi tamē mortales ex Zabulonā tribu Manassea et Isacharia, magis priuato q̃ publico cōsilio suorūq; perfidiā detestati/sacrorū die Hierosolymā cōuenere. Vbi Egechias p̃fecto purgatoq; templo ex Salomonis instituto ad arā maximā sacrificauit. Popul⁹ per dies aq̃mos in vrbe frequēs fuit solēnibus epulis & sacris occupatus. Vrbs dein ceps tota vanis est supstitiōibus asserta, peregrina sacra cum dijs suis passim subuersa. Hæc circa religionē operatus Egechias/numinis fauore fretus/Philistæos a Gaza vrbe ad Gethū bello domuit. Salmanasari Assyriorū regi tributū, quod pater fuerat solitus pendere, minacissima bellī denunciatiōe reposcēti abnegare perseuerauit, imminēbat idcirco graue bellum inde Egechiæ. Caterum Assyrius oēm armorū impetū in

M ij

Oziam Samariae regem in praesentia deflexit. Inferendi belli causa Salmanasari fuit, quod Ozias ad Susam Aegyptiorum regem miserat, qui ab eo auxilia peterent, ad nouum bellum instruendum, quod occulte in Assyrium moliretur. Samariae itaque fines Salmanasar hostiliter adortus, quum ferociter imperata facere Ozias recusasset, primo caede & incendio omnia complet. Samariam urbem oppugnat, fuitque ea obsidio praeter spem omnium diuturna & laboriosa. Neque enim Ozias ab initio credidit tantum Assyrium in obsidione mansurum, neque Salmanasar sibi obsessum hostem tam pertinaciter restitutum. Multo igitur labore utrinque exhausto Samaria triennio quam obsideri coepta est, capitur, nec Salmanasar ut assolet, victoria contentus, tributum tantum imperauit, sed decem tributum multitudinem cum ipso rege subactam bello, in Mediam & Persidem traduxit. Sic Israelitae ex Samariae finibus sublati sunt anno nongentesimo septimo ac quadragesimo, ex quo eorum maiores Aegypto egressi, eam terram iure belli suam fecere. Post Hebraei regni dissidium anno ducentesimo ac quadragesimo, ut Iosepho placet, alijs quinquagesimo supra ducentimum. Cutheii Persae, sic enim a fluuio nuncupatos credidit Eusebius, in id solum quod Israelitae tenuerant, velut in Coloniam a rege missi. Hi quum gentiles deos secum traussissent, ita accidit, ut tetra pestilentia affecti, quum defungendi morbi nullum inueniretur remedium, ad veri dei cultum conuersi, sacerdotes a rege ex Israelitis qui in Mediam translati fuerant, sibi mitti, unde sacra discerent postularunt. Hebraei Cutheos dicunt, Graeci Samaritas. Fuit ea gens reliquae Iudaeae affinis, dubia semper fide & studio in vicinos accolae, quippe quos foeliciter agitant, consanguineos sibi praedicare, ut a Iosippo qui Israelis fuit filius, oriundos. Ceterum illorum opibus aliquo casu afflictis negare, vllam sibi cum ea gente necessitudinem esse, Esaias prophetarum maximus, per haec tempora quibus alterae Iudaicae gentis est regnum sublatum, Hierosolymis sub Ezechia claruit.

Finis regni Israel.

Ezechias a Sennacheribo bello praemissus. Esaias diuinitus. Pestilentia in Assyrios. Sennacherib a filiis suis occisus est. Sol umbra decem gradibus retrocessit. Quod Ezechias cum balado Babylonio foedus iunxisset, ab Esaias est increpitus.

Caput XIX

Hic Romulo Romano regi contemporaneo Ezechiae Achami filius, qui cum imperio in duas reliquas Israelitarum tribus obtineret, acri bello a Sennacherib Assyriorum rege est petitus. Auctores quos sequimur, causam belli huius non tradunt, sed tributum iam antea Assyrio negatum, eam Hebraeis nouorum temporum procellam concitasse credere par est. Fuisset eius exitus belli nihil Ezechiae foelicius, quam Ozie & Samaritanis haud multo prius fuerat, nisi manifesto numinis auxilio fuisset ille defensio. Enimvero ceteris regni urbibus, aut vi aut metu captis, quum Hierosolymam Assyrius victor castra admovisset, legati supplices ab urbe ad Assyrium venere, pacem orantes, quam si. CCC. argenti talenta, & triginta auri in praesentia sibi penderent, Sennacheribus ultro polliceri, iureiurando affirmans, fore ut cum eam summam Iudaei persoluissent, pacatus Hierosolymitani regni finibus excederet. Exsoluit Ezechias ex fide imperata auri & argenti summam. Ceterum Assyrius verso in Aegyptios & aethiopes bello, partem copiarum ad regiae urbis obsidionem continuandam reliquit, velut multum interesset, per se an per alium fieret quod nefas esset facere. Ezechias ubi urbem nihilo minus obsideri vidit, legatibus ab hostium ducibus missis nunciarum, non esse cur ab Aegyptiis aut Aethiopibus auxilia expectaret, quorum utraque gentem subito bello Sennacheribus implicuisset, stulte & regem ipsum &

ceteros facturos, si extrema omnia malint experiri/ q̄ deditiōē facere, quā si tempe-
 stive facta esset, fore vt aliquid ab ipsa victoris clamētia sperarent. Cōtra si vim expe-
 riri mallent, ciuiū & vrbis præsens imminere excidiū. Fractus animo Ezechias, in pre-
 ces & vota/ quod vnū superat remediū/ cōuersus saccū induit. Esaiā rogat, qui sanctita-
 tis & diuinatiōis phama ceteros mortales anteibat, vt precibus si fieri possit, præsens
 excidiū sibi & patriæ deprecet, veniāq; impendentium malorū imploret. Huius oracu-
 lo Ezechias iussus est in posterū sperare, numinis auxiliū haud suæ genti defuturū/ qn̄
 breui fore, vt Israelitæ tribus in Mediā & Persidem ablegatæ, postliminio reuersæ/ Sa-
 mariā & sedes pristinas incolerēt. Trahebat itaq; obsidio, quū graui pestilētia ī Assy-
 rijs castris repente orta, paucis diebus mortaliū vis ingens vita defuncta est. Nec ipsi
 regi multo p̄superiores in Aegypto res bellicæ fuere, sed Pelusiaca obsidione fatigat⁹.
 Tharacis Aethiōpis/ qui in Aegypto tū late imperitabat, terribili accessu ob ingentes
 quas trahebat copias/ nunciato, cōtinuo soluta obsidione in Iudæā est reuersus. Et hic
 exercitū quē ad Hierosolymā obsidiōē reliquerat, pestilentia pene consumptū inue-
 nit. Iosephus & sacri libri habēt, nocte vna in his castris ad centū octogintaq; milia
 hoīm perisse. His si q̄s puidētiā excludat, qd̄ impiū sit facere, haud dubie p̄ mēdaciō
 hac repudiet, p̄sertim tantā hoīm stragē in vnā noctē coaceruatā. Erit itaq; filis vero,
 dū Assyri⁹ ad Pelusiū sedet, altera eē castra q̄ ad hierosolymā hostis reliq̄rat, tot milib⁹
 funerū vastata, nisi aliquis binis castris, post Aegyptiacā expeditionē in vnū collatis/
 ingentē vim hoīm existimet vnus noctis spacio dira p̄nicie cōsumptā. Sēnacherib⁹ p̄sen-
 ti clade cōsternatus/ in Assyriā abiit, vbi haud lōgo interiecto tpe/ a Seleustro & Adra-
 malecho filijs est interfectus. Ezechias hostili terrore liberat⁹, nihil quod ad diuinos ho-
 nores attineret/ p̄termisit. Deo optimo maximo gratulat⁹, q̄ se & suos/ manifesta pui-
 dentia p̄senti periculo seruasset, multus itaq; ac frequēs circa aras esse, natusq; ē ei post
 Assyriū bellū filius/ quē Manasse vocauit, eū nasciturū quum Esaias prædixisset, nec
 rex om̄ino fidē haberet, petere a se signū p̄pheta postulauit. Tū Ezechias petiisse/ dicit
 vt vmbra solis decem gradus retro vnde venerat abiret, Quod quū post Esaiæ preces
 fieri cōtigisset, solutus rex lāguore corporis, quo aliquādiu fuerat implicatus, attētiō-
 re cultu/ maioreq; pietate sacra instaurauit. Iosephus p̄ hac t̄pa Assyriū imperiū a Me-
 dis euersum credidit. Ceterum nos græcos scriptores, & Eusebiū in primis secuti, eius
 regni excidiū loco multū diuerso duximus reponendū. Nō possum nō mirari quid sit
 quod ad hunc locū idē auctor & bibliaci libri, Assyriorū tantas regū opes fuisse dicāt,
 quum iā inde a Sardanapali interitu reges in Assyriā esse desierint. Suspiciari libet aut
 Medorum regum eos præfectos fuisse, quos hi Assyriæ reges idcirco arbitrati sūt, quia
 ex ea terra velut Syriæ, p̄p̄inqua minæ illæ bellorū Iudææ finibus intēdebanē, aut certe
 locorū vicinītatē secuti Mediæ terræ reges assyrios arbitrati sunt, quādo vtramq; terrā
 Medi imperio obtinerent. Id ego vt audacius affirmem coniectura haud inepta addu-
 cor, quod captiua Israelitarū tribus/ quas Assyrio bello captas Iosephus tradidit, ī Me-
 dos translatae sunt, nō in Assyriā. Ceterū siue rex siue præfectus fuit Baladus qui Sen-
 nacheribo successit (nā filijs parricidio pollutis regnare nō cōtigat) ex Babylone lega-
 tos ad Egechiā cū munerib⁹ misit, q̄ societātē & amicitia ab eo peterēt. Id rex magnifi-
 cū sibi & ad regni existiationē p̄tinere ratus Baladi amicitia cupide ē cōplexus, esseq;

in spē proinde optimam regem in pristina fortunā restituendi, quā Esaia verbis increpitus, q̄ temere cum ea gente societate & foedus iunxisset, quā Hebraeo nomini semper fuisset infesta, nec quietura prius esset q̄ omnē Israelis progeniē ad interitum & mēoriae obliuionē pduxisset. Verū ageret mō/sciretq̄ ī fatis esse, fore vt quādoq̄ ipsi liberi cū omni regia Gaça captiui Babylonem abducerent. Fierentq̄ ipsius nepotes ab ea gēte eunuchi, Assyriorūq̄ regi turpiter seruirent. Habuit ea res iam inde quoad vixit Ezechie animū sollicitudini & mœrori obnoxii, cui postmodum defuncto Manasses filius sub id tempus quo Romulus decessit vita/ in regnū successit.

Manasses pphanus ab Assyrijs captus mutauit vitam. Iosias interpolatur bellū/q̄d Necho Assyrijs inferebat faucibus periit, Hieremia vaticiniū/Necho Ioachimū captū secū in ægyptū abduxit. Caput XX

Manasses neglecto patriæ religiōis ritu a maioribus tradito tēplū pphanauit, sacerdotes ad hæc/& q̄ in antiqua adhuc pietate pstabāt/crudeliter infectatū impium scelus turpi seruitute expiauit, quippe qui medio sui furoris cursu/ Assyrijs armis petitus maiore regni parte hostiliter populata, ipse dolo captus/multum cum ignominia apud hostē aliquādiu fuit, Tum palā testatus se meritis suæ impietatis pœnas luere/pœnitentiā egit, fauoreq̄ numinis gemitu & lachrymis reuocato, ab hoste impetrauit vt in paternū regnū remitteret. Fuit clades illa regi & alijs documentum nihil/nisi præsens numen adsit, esse homini inuita tutū. Mutata igit̄ vitæ ratiōe/omnem operā & studiū in religione collocauit, veteri sacrorū ritu instaurato/ex Mosis instituto sacris operabatur. Populus regis studiū secutus/nihil cedebat illi pietate, nec his operibus contētus/muros vr̄bis & turres, maiore aliquāto apparatu q̄ ab initio fuissent/refecit, firmauitq̄ haud vno loco præsidia, egitq̄ reliquū vitæ psperrimorū cursu, incolumi pacatoq̄ regno quinq̄ annos et quinquaginta rex fuit, moriens Ammoni filio regiminis habenas tradidit, qui anno secūdo sui regni domestica cōiuratiōe oppressus periit. Ferunt qui duodecimo regni anno/nō tertio eum perisse tradiderent. Huic Iosias successit. Necho/qui Psammetici maioris fuit pater/terrifico bellū apparatu/ex Aegypto in Medos & Assyrios profectus/ad Euphratē prope modū pcellerat. Illati belli causam Ioseph⁹ nullam aliā prater regni cupiditatē fuisse ait. Quū igitur per Medinātū fines ductaret Necho, Iosias in Assyrii gratiā aut certe quia pax sibi tutum arbitrabatur, numerosum exercitum intra Syriæ fines tam ociose vagari/ab instituto itinere Nechonem conatus est auertere, amicum se non hostem Iosieuenisse Necho predicabat, bellūq̄ se nō Syriæ Palæstinæ/sed Medis & Assyrijs inferre. Horatur Iosiam vt iniuria nulla laceffit, ne pergeret se nouo bello implicare, nec arma in alios comparata in se verteret, integrum cuiq̄ esse bellum excitare, finire autem victoris esse nō victi, Hæc ille, Iosias nihilo secius contra tendere, & iā aciē in Nechonē instruebat, quum volitans ab vno cornu ad alterum, vt suos ad pugnam hortaretur, sagitta temere ex aduerso immissa lætale accepit vñus. Id rei impedimēto fuit quominus sit vtrinq̄ concursus, nam priusq̄ signa canerent, inopinato regis casu Palæstini territi acie exceßerunt. Ipse Hierosolymā relatus paucis diebus dolore vulneris moritur, quum annos vnum & triginta rex fuisset. Hieremias propheta eius interitū miserabili carmīe lamētatus est, diuinoq̄ afflatus numine teterrimam cladem, quæ vr̄

Sunt legēdū
cōfuso dant

bi instabat, populique captiuitatē prædixit, quæ Ezechiel & ipse propheticò impulsus spiritu/ventura vaticinatus est, ambo quidē sacerdotes, sed Hieremias diutius in vrbe versatus, quippe qui a tertio decimo Iosiaci regni anno ad id tempus quo populus Babylonē captiuus migrauit/Hierosolymis esse perseuerauit. Iosiae Ioachim filius successit. Hunc Necho ex Medica expeditione reuersus ad se in castra accersitū, in vincula cōiecit, Eliachimū eius fratrem, qui Ioachimus & ipse dici maluit, Hierosolymitano regno præfecit/annuo ei tributo imperato, Ioachimū vinctū secū in Aegyptū abduxit, vbi moerore confectus/breuī vita decessit. Tris menses regno potitus est. Claruerūt p̄ id tempus in Syria Palæstina Hieremias, & Sophonias haud obscura diuinatione, & cum his Olda mulier pphetica.

Nabuchodonosor victo Nechone Hierosolymas cepit, Ioachimū iter fecit, multos secū in Assyriā abduxit. Repetito deinde prælio per præfectos, Ioachimus, i. Ieconias cum matre & omnibus necessarijs, item opificibus & militiæ idoneis Babylonem traduct⁹ est, relicto Sedechia/quē regem Hierosolymis constituit.

Caput

XXI

Uetustum Iudæorum regnum per hæc tempora varijs cōuulsum cladibus penefunditus interiit. Fuit tum forte Babyloniorū princeps (Sacri libri regem fuisse aiūt) Nabuchodonosor/hō acri ingenio/& ad bellū magis q̄ ad ociū comparato. Nouerat is in Nechonem Aegypti regē, sub quo tum Syria tota erat, cōfederatq; ad Circamē urbem Euphrati proximā, quo Necho cū valido occurrit exercitu, vt primis illius conatibus obsisteret, & in regni finib⁹ prius q̄ in visceribus belaret. Cōmisso igit̄ iter eos plio, Necho magna exercitus parte amissa pugna excessit Nabuchodonosor victor omnem Syriam ad Pelusium vsq; præter Iudæā armis subegit, Hæc Iosephus. Verum cur terra ipsa Assyrijs omne ius belli abstinuerit, quū Nechonis beneficio Heliachimus in Iudæa regnaret/haud quidē intelligo. Quarto deinceps anno q̄ hæc gesta sunt, qui Heliachimi fuit regni octauus/Iudæi ab Assyrio graui sunt bello petiti. Rex suis viribus diffusus annum tributū pactas, se periculo exemit. Cæterum distulit ille cladem quæ sibi regnoq; suo instabat, vitare tamen non potuit. Iam enim tertium tributum pependerat, cum rumoribus noui belli fretus, quod Necho in Assyrium struere ferebatur, contra icti foederis iura tributum non reddidit. Reclamare Hieremias propheta, qui diuino afflatus spiritu/ventura omnia videbat vt præsentia, incassum Aegyptiacas opes spectari, fore breui vt Assyrijs armis ciuitas ingenti clade afficeretur. Audiri hæc vulgo, sed nemo illi fidem habere. Quidam etiam ex salubri alioqui prædicatione seni inuidiam facere, tanq̄ excidium regi patriæq; ominanti, arreptusq; in iudiciū, parum affuit quin extremo sit supplicio deditus. Seniorum auctoritas plus omnino valuit quam vulgi odium, solutus vinculis haud multo post librum in templo recitauit, quo omnia quæ regi/vrbi/templo/mala iminebāt/fuerat cōplexus. Hūc quū Heliachimus postea legisset, nec iræ tēparet, suis manib⁹ cōcepserit, cōceptū flāmis iniecit, ac tum demū pphetā ad suppliciū requisit, cui sese ille mature subtraxerat. Nec ita multo post affuit Assyrius, quē rex Hiere-

*Mouerat legē dū
fuit.*

M iij

mae praedictione veritus renouato foedere intra moenia accipit. Tum Nabuchodonosor iudaicae perfidiae exemplū secutus, foedus nuper ictū pro irritō habuit, oēm florem iuuentutis cū ipso rege militibus immixtis gladio cōfecit. Corpus extra muros in sepultū abiecit. Demū regis filio, qui eodē fuit quo pater noīe/regni administratione permixta, triginta hominū milibus ex omni multitudine Hierosolyma secum abductis exercitū in Assyriam reduxit. Sed ne iuueni quidē diu regnū incolume māsit, parum tutū ratus Nabuchodonosor eum in Syria regnare, cuius patrē insepultum abiecisset. Tertio post mense quo Babylonē venerat/nouū exercitū sub praefectis in Palaestina misit, tum nouo terrore perculsus, inopsq; consilij Ioachimū iunior, ne recētiore aliqua clade ciuitatem hostis afficeret, vltro in eius fidem concessit. Ille vt pollicitus erat urbem pacate est ingressus, mox regis iussu executus/Ioachimū cum matre & necessarijs oīibus, praeter Sedechiam eius patruū, quem regem cōstituit, Babylonem traduxit. Iussu cum his migrare opifices, & quicūq; militiae idonei essent. Mansit Sedechias annis octo in foedere, inde homo sua sponte leuis/paucorum consiliū secutus/ab Assyrijs ad aegyptios defecit, Hieremia Hierosolymis, & Ezechiele, qui tum Babylonē cū alijs seruiebat/urbis & regni excidiū praedicantibus, Babylonius hostis Sedechiae perfidiam vlturus cum q̄maximo exercitu Syriam ingressus/praeipuum regni partem ferro & igni populatus est. Et iam castra Hierosolymis admoerat, quū de Aegyptiorū aduentu trepide allatum est. Assyrius soluta obsidione hosti obuiam processit, quem praelio superatū Syriae finibus expulit. Persuasum habuit Sedechias, & qui illi in Hieremiae inuidiam adulabantur, hostem ad obsidionē nō rediturū, quem quum propheta non multo post affuturum affirmaret, ridereturq; interim, vt mēdax/periculo quod instabat subtracturus se quando publicae salutis consilio prodesse non poterat, urbem egressus Anathotum, quae patria illi fuit (distabat is locus stadia viginti ab Hierosolymis) iter intenderat. Caterum ex itinere in urbem retractus/in custodia & vinculis est habitus.

Hierosolyma iterum ab Assyrijs obfessa (merso prius Hieremia in lacum) capitur/diripitur, & cum templo incensa a fundamentis diruitur. Sedechias luminibus priuatus, & omnis captiua multitudo Assyrium secuta Babylonem migravit, ceteri iudaei ob necem praefecti iudae in aegyptū/contra Hieremiae oraculum transierunt. Sic Iudaea desolata est.

Caput XXII

Coepta est interim vrbs iterū obsideri, haesitq; hostis moenib⁹ duodeviginti mēses, p̄mebatq; duo importuni hostes ciuitatē, fames & pestilētia. Hieremiafque carcere identidē p̄dicare, vt hostiū fide implorata pacatum intra moenia Assyriū acciperent, ne vana p̄tinacia oīia sacra & p̄phana simul perderentur, quibus vocibus offensi ciues, eum a rege ad supplicium postulatū carcere educunt,eductum in coenoso immergunt lacu, vsq; propemodum ad fauces, vt longiore cruciatu distenderent, Fuitq; ibi quoad iussu regis refossus inde est/Aethiopis cuiusdam ministerio/Sedechiae gratissimi. Oppugnabatur vrbs interim aggeribus/bellicisq; machinis, resq; per regios praefectos impigre gerebatur. Rex ipse in Reblata Syria vrbe erat. Demum post multos hincinde labores exhaustos vrbs noctu capta est. Sedechias

ubi hostem intra moenia esse sensit, ab eoq; iam templum teneri, cum vxoribus/liberis/ & amicorum plariscq; intempestæ noctis beneficio vsus, clamdestine urbem egres-
sus, in deserta loca occultam intendit fugā. Hostiū duces Sedechiæ fuga p̄ dediticios co-
gnita, expeditos eq̄tes ubi primū illuxit, ad eū euestigio p̄sequēdum misere. Et iam ali-
quid confecerat itineris, sperabatq; fore, vt cum suis in pacatū abiret, quū aduentatiū
fremitus ex p̄p̄inquo redditus, non regē solū sed quicūq; regiæ fugæ se comites desti-
nant/subito metu perculit. Fit rep̄te circa Sedechiā fuga, alijsq; alio trepide dilaben-
tibus/rex cum liberis & vxoribus capiē. Inde ad regem p̄ductus/ingratiitudinis & per-
fidia primo increpitus/q; regnū suo beneficio adeptus ad hostes contra fœdus & iura
defecisset, mox vt dirū secū spectaculū ferret, iussit victor assyrius filios & amicos co-
ram interfici, Ipsum iniectis cathenis luminib⁹ priuauit, Babylonēq; ad p̄petuos cru-
ciatus dimisit. Opere precū est cognoscere q̄ diuersa significatiōe idem p̄dicarint duo
clarissimi p̄phetæ, hæc quæ in Sedechia euenerūt. Scripserat Hieremias fore vt Baby-
lonem ille captiu⁹ perduceret. Ezechiel cetera vt Hieremias vaticinari, inficiari tamē
eū Babylonē visurū. Viderat p̄pheticus ille spiritus multo antea fore vt p̄duceret, ve-
rū luminib⁹ priuatus hic p̄ductū iri nō ignorat/sed orbitatē suppressit. Atq; hunc exitū
habuit regnū, tanta indole in Dauidica gēte ab initio locatū, in qua a Dauide (q; prin-
ceps stirpis fuit) ad Sedechiam vnus & viginti longa serie in Palæstina reges fuerunt.
Habuitq; id regnū annos quadringētos duosq; & quadraginta, vel (vt alijs colligunt)
septē & quadraginta, apud Iosephū duplo maiore numerū redactū reperio. Victor ho-
stis nobilissimā urbem omni sacro p̄phanoq; cultu spoliata, augustissimōq; tēplo di-
repto & incenso a fundamētis diruit, captiua multitudo omnis sexus & etatis Assyriū
secuta/Babylonē migravit. Nec Palæstinæ res deinceps, etli præsentī clade afflictæ/si-
ne motu diutius fuere. Præfecerat Nabuchodonosor ipsi terræ Godoliā Aichami filiū
q; sparsam p̄ deserta multitudinē ad locorū cultū om̄i officio & lenitate reuocauit, bre-
uiq; contigerat/vt satis frequēs ager vocatim coleret. Tenebātq; adhuc iudæi oppida *vocatim legendū*
quædā, coeperātq; p̄senti ocio a pristinis cladib⁹ respirare, quū Godolias in cōuiuio,
iam vino grauis, ab Ismaele/ & octo qui cū eo cōspirarāt/interficiē. Iudæi inopinato ca-
su cōsternati veriti ne ob patratā Godoliæ cadē ab Assyrio ad suppliciū deposcerent.
Auctor em̄ culpe confestim ad Bachalim Ammonitarū regē perfugerat. Hieremiā cō-
sulunt quid in re ancipiti fieri oporteret. Principes gentis censebant in Aegyptū trās-
eundum. Hieremias ex oraculo monuisse ferē vt in patrio p̄maneret solo, futurum vt
Assyri⁹ nō multo post tota ægypto potiret, ipsiq; alieni sceleris pœnas lueret. Visus ē
his Hieremias parū credibilia canere/eiusq; vocē aspernari, sublati rebus q̄ asportari
potuerūt, Palæstina egressi populariter in Aegyptū demigrant, Hieremia & Barucho
eius discipulo in exiliū abductis. Nec ita multo post Assyrius i Syriā venit, q; in vltio-
nem patratæ cadis (si qui mortaliū iā Palæstina adhuc erāt) Babylonē traduxit, reddi-
ditq; per hæc iudæam omni humano cultu desolatā. Acciditq; recētiore hæc clades q̄n-
to ferme anno post Hierosolymā excisam, atq; in hunc maxime modū duæ reliquæ iu-
dæorum tribus annos circiter centū & triginta post Israelitas ex Samaria sublatos in *annos legē*
Mesopotamiam sunt traductæ. Incidit Palæstini regni excidium, vrbis dico & templi
euerfio, in annum quartū septimæ & quadragesimæ Olympiadis, qui a mundi origi-

461.
1062.
370.
509.

LIBER QVARTVS

ne supra quater millesimū sexcentessimus vndecimus fuit. A decessu populi ex Aegy-
pto sexagesimū secundus supra millesimū, si Iosephus recte colligit tēpora. Ab templi
ædificatione tercentessimus ac septuagesimus, ab anno humanæ salutis quingentesi-
mus nonus. Finis regni Iudæ.

Tres pueri regijs dapibus abstinerunt, Daniel vnus regis nocturnā vi-
sionē est interpretatus. Idem ignis flammæ in fornace innoxias exper-
ti deo hymnū cecinere.

Caput XXIII

LEgerat sibi Nabuchodonosor ex omni palæstinæ prædæ multitudine pueros
elegati forma, quos eunuchos fecit (id futurū. C. ante anno vox pphetica de-
monstrauit) Instituebatur illi regis iussu liberalib⁹ disciplinis, quibus chaldæi
plurimū vtuntur, pferatq; in eo genere pueri regia stirpe pcreati, Ananias/Misael/
& Açarins, quos gentili voce Assyrius/Sydrachū/Misachū & Abdenagonē dixit. Iose-
phus p Açarîa Danielē habet, quē mutato nomine ait Baltasarē nomiatū. Erāt hi ob
ingenij altitudinē præmaturūq; præfectū regi præ cæteris charissimī, alebaturq; rega-
libus epulis. Dubium est, sapiētiae dogmate an sponte ad id animū adiecerint, satis cō-
stat/omniū animatiū carnibus repudiatis, legumina oleraq; esitare aliquādiu perseue-
rasse, vnde postea Pythagoricū dogma ortū videri possit, si verum est quod vulgo vir
deo persuasum, Pythagoricæ sectæ viros carnibus abstinuissē, cū Caldæis Pythago-
ras certe congressus est, Accidit interim vt Nabuchodonosor miram per quietē intui-
tus speciem, volucrem idoli repente experrectus amiserit formam, Caldæosq; percon-
tatus/an fieri posset, vt ea quæ in somnis sibi imago obuersata esset, in memoriā re-
uocaretur. Negantibus cunctis humanū id opus esse, quoniā coniectare hominū sit/
nō diuinare, Instat rex insolētius, exitiumq; breuiter sapiētibus cōminatur/nisi id ora-
culum sibi expedirent, Vix nocte vna ad id cōminiscendū data, imminēbatq; haud du-
bia mors omībus, & in his tribus adolescētibus eiusdem sapiētiae affectatoribus, Tū
per noctem solliciti/ad diuinā opem confugiunt, gentile numen supplices orant, vt si
sua/si maiorū pietate mererent, qualis illa regij somnij fuisset adumbratio/sibi ante lu-
cem demonstraret. Audiūt deus puerorū preces, Ac vbi primū illuxit, Daniel aditū ad
regem sibi petijt, multūq; prius attestat⁹, ne fraudi esset alijs q; supra humanas vires sa-
pere nequissent. Cogitanti tibi inquit rex, qui hominū in terris rerū potituri essent, ta-
lis per quietē est visio oblata, vt statuam cerneret supra modū procerā, cuius caput au-
reum esset, humeri & brachia argentea, ex ære venter & fœmora, crura & pedes ferrei.
Mox saxum ingens iugo mōtis repente aurulsum in statuā pcubuit, cuius impulsu p-
strata et attrita imago in puluerē abiit, ventorū flatu dissipato/saxum adeo creuit, vt to-
tā sua magnitudine terrā occuparet. Imaginis huius hæc ratio fuit. Caput statuæ Assy-
rium inquit regnū demonstrat, Brachia & humeri duos reges qui hoc euerfuri erāt im-
periū. Horū alter æramēto similis/ab occidēte destruet id regnū, quod ipsum ferreum
postea excipiet, tenebitq; late omīa. Cætera quæ ille executus est consulto, Iosephus a
se silētio ait prætermisissā, quādo præterita scriberet/nō futura, quāq; obscure nimis &
perplexæ, illa quoq; quæ ad statuā attinerēt/ab eo videri possunt relata. Sed si in talib⁹
coniectura scriptoribus licet vtī, videtur mihi/aureum illud caput Assyrium regnum
significasse, quod primum omniū fuit in terris constitutū Argentea brachia, Arbaces

Medus & Cyrus, quorū Assyriū sublato imperio Medicum ille regnum cōstituit/hic Persicum. Venter & fœmora ænea Alexandrū Macedonē, qui rubicundo fuit colore, Is ab occasu p̄fectus orientem subegit, cuius regnum post eius mortē a successoribus, quos per fœmora possis intelligere est scissum, per ferreos pedes haud inepte Romanos aliquis interpretabit, qui magis adhuc occidui q̄ Macedones fuere, Macedonumq; opibus euerfis late oībus terris sunt dominati, at quæcūq; cōiecturæ illius fuit ratio, ea em̄ vt dixi parū perspicue traditur, satis constat ob eam rem Danielē & alios in magna iam inde apud regem admiratione fuisse, sed parū fida sunt principū studia eorumq; fauor facile mutabilis. Sunt præterea summæ fortunæ ingenia laudis & gloriæ cupida, quale tum in Babylonio rege fuit, qui sibi ex auro statuam sexagenum cubitorum/celebri hominū conuentu dedicaturus, edictū proposuit/vt ad tubæ & symphonie concentum, humi procumbētes statuam adorarent. Hebræi adolescentes impiū facinus auersati, satis scire gentili lege scriptum, Solum deum adorabis, p̄cumbere noluerunt. Horum audacia rex cōmotus/præcipitari iubet vinctos adolescentes in fornacem ad hunc vsum accensam. Res mira hic accidisse traditur, innoxias tres pueri flāmas experti, medioq; camino impune cōmorati/hymnum deo seruatori cecinerunt. Cuius rei miraculo tam impiū sit dicere numen nō interfuisse/q̄ delirum fuerit, litterarū monumētis id tradere/nisi ita factum crederemus. Iosephus Berosum secutus duos Babylonis ait reges vno nomine appellatos, patrem qui lechoniā cum vxore & liberis sponte deditum/in Assyriam traduxit, quiq; Sedechiā constituit regē/& iuniorē alterū/qui huic successit, a quo Sedechias excacat⁹ est, Hierosolymaq; excidio dedita, cuius Megasthenes in quarto rerum Indicarum meminit. Huic iuniori qui aureā sibi statuam conflauit. Amilmadapacus, qui leconiam soluit, atq; i magno habuit honore. Is egressario filio regnū per manus tradidit, cui Labosordachus successit, quē Herodotus labyrinthū/Iosephus Balthasarū vocant, hunc Cyrus expugnauit. Eusebius aut regū Babyloniorū successionē his explicat verbis, Mortuo Nabuchodonosore Babyloniorum rege suscepit imperium Euilmardach, cui successit frater eius Balthasar, sub quo Daniel eam scripturā quæ in pariete apparuerat interpretatus est, significante imperiū Caldeorū in Medos & Persas transferendū, Hæc ille.

Daniel phasma manus in pariete scribētis interpretatus est regi, Satrapum inuidia in lacum leonū coniectus est, Parserunt Danieli leones, p̄phanos & impios laniarunt.

Caput

XXIII

Naud multo prius q̄ Cyrus (fuit is primus rex Persarū trās lato regno Medorum q̄ fuit Astyagis in Persas) Assyriorū opes fregerit (Eusebius & Ioseph⁹ auctores sunt), p̄digiū in Balthasaris regia ingens apparuisse, verterat is vasa Hierosolymitano tēplo sublata in p̄phanū vsum, q̄d ceteri reges sacrilegiū auersati/ea in sacro reposuerāt. Tū v̄o accidisse vt spectāte rege manus ex aduerso pariete sit orta, quæ hæc pauca excrisperit, Mane/Tethel/Phares, quæ vt Iosephus interpretat, numerū/pondus & fragmētū significēt. Hæc magi vndiq; a rege accersiti quū iterptari neq̄ssēt vnus oīm Daniel regis ac regni p̄pinquū excidiū p̄ ea v̄ba significari demonstrauit, qm̄ coeli numē (cuius p̄uidētia oīa fierēt) annos regis dinūerās, appēdēs q; illi vītā & regnū Medis ac Persis frāgēs distribueret, q̄ tristis denūciatio etsi Assyriū vehemēter

Iosephus filius.

Fugit hunc legēdū.

affecit, haud propterea minus gratiae ab eo veridicus vates reportauit, sed regi ceterisque multo venerabilior est factus. Miror Iosephum persuasum habuisse vno tempore a Cyro & Dario Babylonem captam, & quod pene ridiculum est, Astyagis filium fuisse ait, de Medico genere ortum. Legerat credo ab utroque eam urbem obsidione expugnatam, quae res eum in manifestum traxit errorem. Ceterum Trogus & Herodotus haud dubie demonstrant Darium Histaspis filium, qui vno Cambyse interiecto Cyro successit, rerum in Perside potitum ipsumque Persam non Medum fuisse, neque astyagem aut Cyrum vinculo necessitudinis ullo attigisse. Obsedit is quoque Babylonem urbem & expugnauit, sed tempore omnino diuerso, cui si vera Iosephus scribit, adeo Daniel familiaris fuit, ut vniuerso consilio nutuque regis thesauri, ac pene tota regni moles mistraret, sed siue Cyro ille siue Dario amicus fuit, quod iam gradum natus sub altero fuisse oportet, tam aduersa Babyloniorum principum flagrauit inuidia, ut quum virum perspecta sanctitate aliter criminari non possent, eius vitae sint nouo calumnie genere insidiati, Compertum his erat Danielum tertio quodque die in secretum concedere, nec publico ullo priuatoque negotio ita interpellari, ut de pietissimo orandi instituto aliquid remitteret. Igitur ex composito ad regem deferunt principibus & populo videri, triginta dierum ferias vniuersae genti debere indicere, quibus neque humana neque diuina curare liceret cuiusque, ac si quis eas minus diligenter obseruasset, is maiestatis reus leonibus laniandis obijceretur. Rex ignarus eorum quae parabantur auctor fuit feriarum populo indicendarum. Tum ceteris quiescentibus Daniel nihil secius diuinis tertio post die operatur, neque loco neque tempore (ut res occultari posset) immutato. Hinc aduersa Sathrapum factio coorta, locum ad criminandum nactus Danielis contumaciam ad regem deferunt. Damnat ergo, magisque repugnante quam iubente rege trahitur ad supplicium, Iosephus impune eum per noctem fuisse in leonum cauea scripsit. Diuinae litterae plurimum dierum spacio versatum inter feras sine offensa meminerunt. Fuit regi ea res admirationi, ascribebatque id diuinae prouidentiae, quod praeter omnium opinionem leones fame saeuientes vni hominum plures dies parassent. Cauillari interim aemuli nec prouidentia id fieri dictitabant, sed quod leones sagina expleti hominem fastidirent. Poscere proinde ut ieiunis iterum obijceretur. Tum rex & hoc quidem periclitari iuuat, modo vos prius experiamini, an illorum satietas sit vobis similiter parsura, tum leonibus assatim exaturatis eorum quosdam in caueam obtrudi imperat, quibus nihilo propterea fuit mitior leonum feritas, sed foede laniati palam omnibus fecere, Danielum miraculo seruatum. Atque ob eam rem mirabilior quam antea chariorque fuit regi.

Vidit Daniel Hircum & Arietem cornutos per aerem delatos, id phasma ad regna pertinere interpretatus est.

Caput XXV

Nunquam opus fuisse creditur Mausoleum in Ecbethanis Mediae vetustum, facie tamen ad posteros recitum, quo Medorum reges defuncti ad Vespasiani usque tempora conditi consueuerunt. Inter cetera diuinationis eius monumeta illud ab Iosepho praeditum indubitato creditur sanctitatis argumento, & ob id certe memoratu dignissimum. Subito quodam horrendoque motu terrae, quum forte Susis esset in publico deprehensus, in faciem concidit, ceterisque diffugientibus visus est sibi arcana quadam vi in pedes statui, vocemque audire qua iubere ea spectare, quae multa humanarum rerum perturbatio essent in terris futura. Tum conspicatus dicitur arietem magnitudine immani, plurima cornua habentem atque omnium eminentissimum, quod extremo agnatum esset loco, inde ab occidente sole hinc

DE REDITV IVDAEORVM EX CAPTI. BABY. LXXIII

cum per aerem delatū sibi intueri visus, qui arietē altero capitis impulsu prostratū cōculcasset, mox ex hirci fronte eminēs cornū productū, quattuorq; illi cornua agnata, in quattuor mūdī plagas sua sponte obuersa, & in his vnū perexiguū, quod dū oriret reddita sit vox/ex proximo id olim dei templū concrematurū, triennioq; sacra inhibiturum. Quae omnia ille diuino impulsus spirītu/ita sit phasma illud interpretatus, Vt per arietem Persarū regnum sibi figuratū diceret. Per cornua eos reges qui ibi rerum potituri essent. Præcipuū illud videri sibi, eorū aliquē significatū iri/ qui in ea terra latissime eēt regnatur⁹/amplissimasq; habiturus opes. Per Hircū ducē ex Græcia affuturum/qui potentissimū regnū duplici prælio frangeret. Procerū illud cornu/futurā potentia portendere, quæ post victoriā secutura esset. Minora cornua in contrarias mūdī partes spectantia, magni regis successores/qui quæsitā bello terrā quaq; versum inter se partiti/regnū habituri essent. Corniculūq; illis agnatum ex posteris vnū interpretatus, qui Hierosolymitanū violaret templū/diūinasq; cerimonias in certū tolleret tempus. In qua figura explicanda, videt vnū pphetæ defuisse/quod & regū nomina, quæ nondū in terris erant nō diserte posuit, cetera tam significanter representata, q̄ si ad id tempus illa eadē facta essent. Figurauit Aries Achemenidarū regnum. Cornua reges/ quorum Darius opulētissimus/præcelso cornu, eoq; extremo demōstratus. Hūc Macedo Alexāder altero armorū cōkursu, pstrauit. Erat Hircus ille, quia Graio more barbā alebat Cornua in diuersum tendētia, successores q̄ imperiū inter se diuisere, qbus prognatus Antiochus cognomēto epīphanes, instauratū pphanauit tēplū. Id Iudæi a Cyro/vt dixi, in Syriā remissi, primo suscitare conati sunt, altari ad tēpus ibidē erecto. Ioseph⁹ id primo Cyri anno cōtigisse memorat, q̄ septuagesim⁹ ab eo fuerit, quo Hebraei ex Palæstina Babylonē migrare coacti sunt. Eusebius primū Cyri annū trigessimū Hebraice captiuitatis fuisse tēporē supputatiōe demōstrat. Cyrus deinde vixit annos triginta. Cambyfes/q̄ illi successit/annos septē & mēses quinq; Sic anni colliguntur ab tēpli excidiō octo & sexaginta/ Cābyse sublato. Magi fratres septē sunt mēsib⁹ Persarū regno potiti. Quibus interfectis Darius regnauit, cuius altero/exquo regnare coepit, anno Zorobabelis ductu, vt suo postea loco est dicendū, opus quod sub Cyro fuerat inchoatū, diuq; intermissum, tum demū repetitū est/ac pducī coeptū.

LIBER QVINTVS HISTORIAE HEBRAEORVM DE IVDAEORVM REDITV EX CAPTIVITATE BABYLO- NICA, ET ALIIS EORVNDEN DVCIAS

Iudæi ex Assyria (Cyri oraculo Esaiaē moti, permissu/quod litteræ eius indicāt) in Palæstinā primo reuersi sunt. Tēpli fundamēta sub Cyro iacta sunt. Sed a Cambyse opus p̄ficiendū interdictū est. Caput I

INCIDERAT FORTE CYRVS IN ESAIAE LIBROS, QVOS ille ducētesimo añ/ & ampli⁹ anno scripserat. Fuitq; in his. Volo Cyrū, quē multarū & magnarū gentiū regē cōstitut, populū meū ad p̄pria remittere, ibiq; mihi tēplū iterū suscitari. Qua ille diuinatione cōmotus, per oēm Asiā scripsit/ita edicto p̄fatus. Quoniā me maxim⁹ orbis terrarū deus/regē constituit, credo hūc esse quē genus Israel adorat. Is em̄ meū multo antea

N